a ¶. i. diaboli: qui falſo dixit: lux mea dei: ideoq̄ ḋ t̄ra viuētiū merito abſciſus. Ethe⁹ vel recheus em̄ abſciſus.
vxoꝛ vꝛie ēthei. † Miſſis itaq̄ dauid nuncijs tulit eā. Que cū ingreſſa eſſet ad illū: doꝛmiuit cum ea. Statimq̄ ſanctificata ē ab i c
a ¶. i. mēſtruali effuſione.
mundiciā ſua: ⁊ reuerſa eſt in domū ſuā concepto fetu. Mittēſq̄ nunciauit dauid / ⁊ ait: Cōcepi.
Miſit aūt dauid ad ioab / dicēſ: d
Mitte ad me vꝛiam ētheū. Mi e
ſitq̄ ioab vꝛiam ad dauid. Et venit vꝛias ad dauid. Queſiuitq̄ f
dauid q̄ recte ageret ioab et populus: ⁊ quō adminiſtraret᷑ bellum. Et dixit dauid ad vꝛiā: Va g
a ¶ poſt laboꝛē balneis vtere ꝑtē poſuit ꝓ toto coꝛꝑe: nō ei tāt⁹ vir diſcalciat⁹ īcedebat
de in domū tuam et lauā pedes tuos. Et egreſſus ē vꝛias de do
a ¶ vt refect⁹ delitioſe: ꝓuocat⁹ libidie doꝛmiret cū vxoꝛe: ⁊ ſic adulteriū lateret.
mo regis: ſecutuſq̄ eſt eū cibus h
regi⁹. Doꝛmiuit aūt vꝛias ante poꝛtā dom⁹ regie cū alijs ſeruis dñi ſui: ⁊ non deſcēdit ad domū ſuā: Nunciatūq̄ eſt dauid a dicētibus. Nō iuit vrias ad domū ſuam. Et ait dauid ad vꝛiā: Nū i
quid non de via veniſti? Quare non deſcēdiſti in domū tuā? Et k
ait vꝛias ad dauid. Arca dei et l
iſrl' ⁊ iuda habitant in papilionibus: et domin⁹ me⁹ ioab: et ſerui dñi mei ſup faciem terre manēt: ⁊ ego ingēdiar domū meā vt comedā ⁊ bibā ⁊ doꝛmiā cū vxoꝛe mea? Per ſalutē tuā: ⁊ ꝑ ſalutē anime tue non faciam rem hāc. Ait ergo dauid ad vꝛiā: Mane hic etiam hodie: et cras dimittā te. Māſit vꝛias ī hieruſalē ī die

## ¶ Nico. de lyra

※ a ¶ Viditq̄ mulierem ſe lauantem ex aduerſo ſup ⁊c. Ex quo patet ꝙ aſpect⁹ īpudic⁹ ē valde ꝑiculoſus: q2 dauid tā ſctūs ⁊ bonus ꝑ h̄ fuit tract⁹ ī adulteriū: ⁊ ex ꝯſeq̄nti ad homicidiū ꝓditoꝛie ꝓcuratū: vt ex ſeq̄ntib⁹ apparebit. b ¶ Miſit ḡ rex ⁊c. Ad h̄ em̄ q̄ſiuit vt ſciret ſi eſſet ſoluta: vt ſic eā acciꝑet in vxoꝛē ⁊ licite cognoſceret eā: inualeſcēte tñ tēptatiōe ſciēs ꝙ eēt maritata: nihilomin⁹ mādauit ꝓ ea adducēda ⁊ cōmiſit adulteriū. c ¶ Statimq̄ ſan. eſt ⁊c. i. a fluxu mēſtruoꝝ: nō q2 tūc pateret᷑ mēſtrua q̄n dauid eā cognuit: q2 tūc m'lieres ſūt turpis coloꝛ᷑: ⁊ abomiābiles ad actū carnalē: ⁊ ḋ ip̄a ḋr h̄ ꝙ erat pulchꝛa valde. ḋr ḡ tūc purgata a mēſtruis futur᷑ vſq̄ ad ꝑtū: q̄a ī illo coitu ꝯcepit: vt ꝑʒ ī textu: poſt ꝯceptionē aūt ceſſat flux⁹ mēſtruoꝝ: q2 ſanguis ille cedit ī foꝛmationē fet⁹ ⁊ ei⁹ alimentū. d ¶ Miſit autē dauid ad ioab dicens: Hic conſequenter queritur celatio facti / cuʒ ḋr: e ¶ Mitte ad me vꝛiā. ad h̄ em̄ ꝓ ip̄o mādabat: vt vxoꝛē ſuā cognoſceret: ⁊ ſic crederet᷑ puer naſcitur⁹ eē ſu⁹: ⁊ ſic pctm̄ dauid occultaret᷑: ⁊ m'lier a lapidatiōe q̄ ſm legē ei debebat᷑ p̄ſuaret᷑. f ¶ Queſiuitq̄ da. ⁊c. h̄ q̄ſiuit vt ſtatū ſui exercit⁹ ſciret: ⁊ vꝛias cauſā ſui aduēt⁹ nō ꝑciꝑet. g ¶ Vade i do. tu. ⁊ la. pe. i. vtere balneo ꝓpt̄ fatigationē laboꝛ᷑ p̄cedēt᷑: ⁊ ꝑ lotionē pedū deſignat᷑ ablutio toti⁹ coꝛꝑis: ītelligēdo a ꝑte totum.

h ¶ Secutuſq̄ ē eū ci. vt ſic ꝑ balneū ⁊ cibū delicatū ꝓuocaret᷑ ad coitū. Cetera patēt vſq̄ ibi: i ¶ Nūq̄d nō de via ⁊c. q. d. in exercitu fuiſti ī laboꝛe: ⁊ ſilr̄ ī via veniēdo īde: ⁊ iō indiges recreatiōe. k ¶ Et ait vꝛi. ſe excuſando valde fidelit᷑. l ¶ Arca ḋi. q2 tunc erat poꝛtata ad exercitū: ſic̄ fuerat tp̄e ſaul: ꝓut habet᷑ ſupꝛa. i. libꝛo. xiiij. c. ad dandū confidentiā bellatoꝛibus. Cetera patent vſq̄ ibi:

※ Et vocauit ※ nobis: ⁊ quos ocioſos a bonis inueniunt ad peccatū inducunt. Propter quod dicit Hierony. ad Ruſticū. Sēper aliquid boni facito vt te diabolus īueniat occupatū. a ¶ Viditq̄ mulierē lauantē ſe ex aduerſo. Per hoc aūt ꝙ dauid ſanctus ⁊ deuotus ex impudico aſpectu peccatū incurrit adulterij: ⁊ vlterius homicidij ꝓditoꝛie ꝑpetrati: nobis oſtendit᷑ quāta diligentia debeat adhiberi in cuſtodia ſenſus viſus: ⁊ etiam quia dicitur Thꝛeñ. iij. f Oculus meus depꝛedatus eſt animā meam in cunctis filiabus vꝛbis mee. Et idem videtur de cuſtodia alioꝛū ſenſuum: Hiere. ix. f. Aſcendit moꝛs per feneſtras meas. Senſus enim exteriores ſunt quaſi quedā coꝛpoꝛis feneſtre per quas temptatiōes contra latrones ad īterioꝛa ingrediūtur bona gratie rapientes. Moꝛaliter

## Glo. ordi.

h g mũ monet ire: ⁊ pedes lauare: q̄ꝛ in carnat⁹ iudeis p̄cipit: vt ad ↄſciam redeāt: ⁊ ſordes opeꝝ fletib⁹ tergāt vt ſpālr mādata leg̃ ītelligāt: ⁊ p⁹ tātā duriciā p̄ceptoꝝ fontem baptiſmi īueniētes ad aquā p⁹ laborē currāt. Sꝫ vrias q̄ arcā dñi eē ſb pellib⁹ meminit. rñdet: q̄ꝛ domū ſuā intrare nō poſſit. q. d. Ego mandata dei in ſacrificijs carnalib⁹ video: et redire ad ↄſciam p ſpūalez intelligētiā nō requiro. Quaſi em̄ arcaz dei eſſe ſub pellibus dic̄: q̄ꝛ p̄cepta dei nō niſi exhibēdo miniſteriū carnalis ſacrificij intelligit. Hūc tñ redire domū nolentē dauid ad menſam vocat: q̄ꝛ cū iudei ad cōſciaz reuerti ↄtēnāt: xp̄s tñ ſpūalia p̄dicat di. Si crederet̃ moyſi: cre. forſitan ⁊ mihi. De me eī ille ſcp̄ſit: Legē eī iude⁹ tenet q̄ ei⁹ diuinitatē loquit̃ cui credere dedignat̃. vnd̄ ⁊ vrias ad ioab cū ep̄lis ex quib⁹ occidi debeat: mittit̃: q̄ꝛ iude⁹ legē portat: q̄ cōuincēte moriat̃. Cuz enī mādata legis retinēs implere nitit̃: ipē defert iudiciū vñ dānet̃. Quid ḡ p factū iſtū dauid ſceleſti⁹: q̄d vria mūdi⁹? Sꝫ ad myſteriū q̄d dauid ſancti⁹: q̄d vria īfideli⁹? Quia ille p vite culpā ꝓphetie ſignat īnocētiā: ⁊ iſte p vite īnocētiā in ꝓphetia exp̄mit culpā. Virt⁹ enim ſacri eloquij ſic trāſacta narrat: vt vētura exprimat: ſic ī facto rē approbat vt ī myſterio contradicat. Sic geſta dānat vt hec myſtice gerenda ſuadeat.

(margin: † de offi. de lega. c. cum olim — Joh. 5. g — † Judi. 9. g — Moraliter h)

¶ Gregori⁹. Ad h̄ ī ſcriptura dauid ⁊ petri pctā ſūt indita: vt caute la minoꝝ ſit ruina maioꝝ. Ad h̄ penitētia inſinuat̃ ⁊ venia: vt ſpes pereūtiū ſit recupatio pditoꝝ. De ſtatu ſuo dauid cadēte nemo ſupbiat: de lapſu etiā reſurgēte dauid ñ deſperet. Mirabilit̃ ſcp̄tura eodē v̄bo ſupbos p̄mit: q̄ humiles leuat. Unā nāq̄ rē geſtā retulit: et diūſo mō ſupbos ad hūilitat̃ formidinē humiles ad ſpei fiduciā reuocauit. Ineſtimabile noui gener̃ medicamentū: qd̄ eodē ordine poſitū ⁊ p̄mēdo tumētia exiccat: ⁊ ſb leuando arētia infundit. De maioꝝ nos lapſu terruit: ſꝫ de repatione roborauit. Sic nos diuīe diſpēſatiōis miſericordia: ⁊ ſupbiētes rep̄mit: ⁊ ne deſpatiōe corruam⁹ fulcit. Sꝫ fortaſſe lectoris anim⁹ mouet̃: cur de⁹ eos q̄s eligit q̄ſq̄: ad donoꝝ ſpiritualiū culmē aſſumit: a vitijs nō cuſtodit? Sꝫ mlti p accepta dona v̄tutū: p īpenſā gr̄az bonoꝝ opeꝝ ī ſupbiā cadūt: ſꝫ tñ ꝙ ceciderīt ñ agnoſcūt. Cōtra eos ḡ hoſt̃ antiquus: q̄ iā interi⁹ dñat̃: exteri⁹ ſeuire pmittitur: vt q̄ ī cogitatiōe elati ſūt: p carnis luxuriā ↄſternāt̃. Aliqñ āt minus ē ī corpis corruptōe cadere: q̄ꝫ cogitatiōe tacita ex d̄liberata elatione peccare: Sꝫ cū min⁹ turpis ſuperbia credit̃: min⁹ vitat̃. Luxuriā eo magis erubeſcūt homines: q̄ꝛ ſil̄ oēs turpē nouerūt. Ideo multi p vl̄ poſt ſupbiā in luxuriā corruētes ex aperto caſu malū culpe latēt̃ erubeſcūt ⁊ maiora corrigūt: cū ꝓſtrati ī minimis ḡui⁹ ↄfundūt̃. Reos em̄ ſe int̃ minora ↄſpiciūt: q̄ ſe liberos int̃ ḡuiora crediderūt. Pia ḡ dñi diſpēſatiōe laxatos ſepe malign⁹ ſpūs d̄ culpa ad culpā trahit: ⁊ q̄ plus pcutit eū quē cepat amittit: ⁊ vñ viciſſe cernitur: inde ſuperat̃. Cōſiderare libet intra munitū gratie

(margin: Als † prelij — Queſtio)

g ſinum

## II Regum

illa ⁊ altera. Et vocauit eū dauid vt a
comederet corā ſe ⁊ biberet ⁊ inebriauit eū. Qui egreſſus veſpere dormiuit in ſtratu ſuo cū ſeruis dñi ſui: ⁊ in domū ſuā nō deſcēdit† Factū ē ergo b
mane ⁊ ſcp̄ſit dauid epiſtolā ad ioab miſitq̄ p manū vrie: ſcribēs in ep̄la.
Ponite vriā ex adūſo belli vbi for/ c
tiſſimū ē p̄liū: ⁊ derelinquite eū vt p/ d e
cuſſus iterat. Igit̃ cū ioab obſideret f
vrbē: poſuit vriā i loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos. Egreſſiq̄ viri de
ciuitate: bellabāt aduerſum ioab: et g
ceciderūt d̄ populo ſeruoꝝ dauid: et mortu⁹ ē etiā vrias ethe⁹. Miſit itaq̄ ioab ⁊ nūciauit dauid oīa v̄ba prelij
Precepitq̄ nūcio dicēs: Cū cōpleuer̃ vniuerſos ſermones belli ad regē: ſi eū videris indignari/ et dixerit: h i
q̄re acceſſiſt̃ ad muꝝ vt p̄liaremini. An ignorabat̃ ꝙ mlta deſup ex muro tela mittant̃? Quis pcuſſit abimelech filiū hieroboal: † Nōne mlier mi k
ſit ſup eū fragmētū molē de muro et interfecit eū in thebes: q̄re iuxta murū acceſſiſtis? Dices: Etiaz ſeru⁹ tu⁹ vrias ethe⁹ occubuit. Abijt ḡ nūcius: et venit et narrauit dauid oīa q̄ ei p̄ceperat ioab. Et dixit nunci⁹ ad dauid: Preualuerūt aduerſum nos viri: et egreſſi ſunt ad nos in agrum. Nos aūt facto impetu/ pſecuti ſum⁹ eos vſq̄ ad portā ciuitat̃: et direxerīt iacula ſagittarij ad ſuos tuos ex muro deſup: mortuiq̄ ſunt de ſeruis regis. Quinetiaz ſeru⁹ tu⁹ vrias ethe⁹ mortuus eſt. Et dixit dauid ad nun/
ciū: Hec dices ioab: Nō te frangat l
iſta res. Vari⁹ eni euētus eſt † belli: ⁊ m
nūc hūc ⁊ nūc illū cōſumit gladius. Conforta bellatores tuos aduerſus vrbē vt d̄ſtruas eā: ⁊ exhortare eos.
Audiuit autē vxor vrie ꝙ mortuus n
eſſet vrias vir ſu⁹: ⁊ planxit eū. Trāſ o
actoq̄ luctu/ miſit dauid et introdu/

a ¶ Iam obſtinatio culpe occaſionē nō hꝫ defenſionis: ⁊ ideo recte propheta mittitur.

xit eā in domū ſuaz: ⁊ factā ē ei vxor. Pepitq̄ ei filiū. Et diſplicuit v̄buz h̄ qd̄ fecerat dauid corā dño.

## Nico. de lyra

* a ¶ Et vocauit ⁊c. faciēs ſibi ppinari latēter potū inebriatiuū credēs ꝙ p h̄ daret obliuiōi arcā ⁊ exercitū: et ſic vino calefact⁹ cum vxore ſua dormiret. p h̄ tñ nō fuit decept⁹: ⁊ ſic ptꝫ bonitas ⁊ pfectio ipſi⁹ q̄ ꝓreuerētia dei ⁊ afflictione ppli exiſtētis ī expeditiōe etiā a licit̃ abſtinebat. Et ex hoc patet grauitas peccati dauid: qui militem tā fidelem ⁊ probuꝫ non horruit occidere ꝓditorie. b ¶ Factū eſt ḡ. hic conſequēter deſcribit̃ īnocētis occiſio cū dicitur: c ¶ Ponite vriā ⁊c. i. vbi aduerſarij ſūt fortes ⁊ audaceſ. d ¶ Et dere. eū ⁊c. retrahēdo vos ab ipſo. e ¶ Vt pcuſ. itere. Sciebat enī euz eſſe ↄſtantē ⁊ ꝙ nō turpiter recederet: ſed mag̃ mori eligeret. f ¶ Igit̃ cū io. ⁊c. credebat enī ꝙ regem offendiſſet faciēs aliq̄d vñ dign⁹ eſſet morte et ꝙ dauid hūc moduꝫ moriēdi decreuiſſet ad celādū culpā vrie. g ¶ Et ceciderīt ⁊c. Ex q̄ aggrauatū fuit ipi⁹ peccatū: q̄ꝛ occaſiōe illi⁹ quē volebat mori fuerīt etiā alij interfecti. h ¶ Si eū vider̃ indig. ꝓpē interfectionē populi. i ¶ Et dixerit: q̄re acceſ. ad muꝝ ⁊c. q̄ꝛ ex illa pte pione etiā īualide pñt hoīes fortiſſimos interficere: qd̄ ptꝫ per exēplū. k ¶ Nōne mu. miſit ⁊c. dices etiā ſer. tu⁹ vrias ethe⁹ occu. h̄ dixit ioab ad ſui excuſationē erga dauid: vt dauid cogſceret ꝙ ioab nō fecerat illū inſultū ex ig̃ratia art̃ bellice: ſꝫ vt ipleret mādatū reg̃. cetā patet vſq̄ ibi: l ¶ Nō te frā. iſta res. ab obſidione ciuitat̃ recedendo. m ¶ Varius em̄ euent⁹ ē belli. q. d. ſi fortuna nūc fuit ↄtra te: erit poſtea pro te. n ¶ Audiuit āt vxor vrie ⁊c. ficte tñ ⁊ ſm apparentiā: q̄ꝛ bñ volebat ei⁹ mortē vt p h̄ lapidationē euaderet: et vxor regis fieret: ⁊ ad iſtā intentionez ꝓcurauerat dauid mortē ſuā. Ad cui⁹ ītellectū pleniorē ſciēdū ꝙ dicit h̄ Ra. Sa. ꝙ viri ꝓcedētes ad bellū dabant vxorib⁹ ſuis libellū ſepatiōis vt libere poſſent ↄtrahere ſi viri ī p̄lio morerēt̃: ⁊ cōputabat̃ tp̄s a die datōis libelli. et iō q̄ꝛ vxor vrie ↄcepat p⁹ receſſū mariti ſui: iō ipō mortuo euadebat penā lapidatiōis. o ¶ Trāſactoq̄ luctu. hoc eſt tēpore determinato lugēdi: q̄ꝛ poſt mortez viroꝝ vxores eoꝝ p aliq̄d tp̄s portabāt veſtes lugubres: ⁊ iſtud tp̄s vocatur tempus luctus.

(margin: g — h)

¶ In ca. xi. vbi d̄r ī poſtil̃. Ad cui⁹ pleniorē ītellectū ſciēdū ꝙ h̄ dic̄ Ra. Sa. ꝙ viri ꝓcedētes ad bellū dabāt vxoribus ſuis libellum ſeparationis.

## Additio.

Sic Ra. Sa. ⁊ alij heb. expoſitores ſepe corrūpūt veꝝ intellectū ſcripturarū ꝓſequēdo l̄ram pluſq̄ oportet: ī q̄bus verificat̃ illd̄: l̄ra occidit. ij. Cor. iij. b. Ita ꝙ q̄pluries labūt̃ ī oppoſito vitioſo ⁊ extremo. ſ. fabulādo mlta ↄ̄ria littere ⁊ q̄ nuſq̄ in ſcriptur̃ autētic̃ reperiūnt̃: ⁊ in talib⁹ de eis verificat̃ illud Ps̄. cxviij. l. Narrauerūt mihi iniq̄ fabulationes: ſed non vt lex tua: vt patet in hoc paſſu. Nam hec aſſertio Ra. Sa. dependet ex opinione q̄rundā talmydiſtaruꝫ aſſerentiū ꝙ d̄d nūq̄ fuit adult̃ cū vxore vrie. Ad quod fundādum fingunt illud de libello ſeparationis: quod hic ponit Ra. Sa. quod eſt falſiſſimum: et maxime contra textus planos huius hiſtorie. Unde dauid reprehenditur a deo tanq̄ adulter p ꝓphetam: qd̄ quidem peccatū etiā v̄ificat̃ p ↄfeſſionē ipſi⁹ dauid: vt. j. xij. ca. et in alijs multis locis. Si autez fictio iſta Ra. Sa. ⁊ alioꝝ

Sa. ⁊ alioꝝ ſeq̄ntiū eſſet vera: tūc da
uid nunq̄ꝫ fuiſſet reꝰ illiꝰ adulterij: nā
vxor vrie eſſet libera a die datiōis li
belli q̄ p̄ceſſerat tp̄s p̄me ꝯiūctōis da
uid cū ea: vt ptꝫ māifeſte. Cāꝫ āt quā
aſſignat Ra. Sa. ad datiōnē huiꝰ li
belli repudij: dicit ꝙ h̄ fiebat ad finē
ꝙ ſi viri ī bello morerenť vxores libe
re poſſent ꝯhere: q̄ q̄dē cā ē penitꝰ in
anis ⁊ vacua. nā lꝫ talē libellū repu
dij nūq̄ꝫ darēt: adhuc vxores poſſent
ꝯhere maritꝭ mortuis. Māifeſtū eſt
eñ ꝙ ī morte alteriꝰ cōiugꝭ ſoluiť vi
culū mr̄imōiale: etiā ſi libellū repudij
nō p̄cederet: vñ talia nō videnť iter
ponēda iter expoſitiōes ſacraꝝ ſcp̄tu
raꝝ: niſi forte ad detegendum errorē
male ſentientiū: vl' in deriſionē taliū
(fabulantium.

**Replica.** In ca. xi. vbi po
ſtil. allegat dictū Ra. Sa. de libello
dato vxoribꝰ a virꝭ p̄cedētibꝰ ad bella
⁊ ceťa q̄ ide ſequūť. Iſtō dictū Bur.
rep̄hēdit ſic rep̄hēſiōe dignū ē: ſed ꝙ
dic̄ h̄mōi erronea dicta in expoſitiōe
nō miſcēda: nō videť erudite dictū:
q: ſcti doctores hereſes ⁊ errores ī li
bris ſuis explicāt: nō vt approbāt ſed
vt derideāt: ⁊ falſitatē coꝝ oñdāt: ita
et h̄ poſtil. facit: q: ⁊ dauid cōmiſiſſe
adulteriū ſepe oſtēdit: nec eū rigore
huiꝰ dicti Ra. Sa. ab adulterio excu
ſari p̄mittit: nec videť poſſe excuſari
ſtāte etiā dicto Ra. Sa. q: ⁊ ſi tal' li
bellꝰ dareť. Añ tñ mortē ſui mariti ñ
haberet effectū. q̄m ante mortē ꝯiun
cta alteri adulteriū cōmiſiſſet: ſic in p̄
poſito caſus berſabee habet.

**Glo. ordi.**

B ſinū: q̄ꝫto deꝰ miſc̄die fauore nos ꝯti
net. Ecce q̄ de v̄tute ſe extulit: p̄ vitiū
ad hūilitatē redit. Qui v̄o acceptꝭ v̄
tutibꝰ extolliť: nō gladio ſꝫ medicamē
to vulnerať. Virtꝰ eñ medicamētū:
vitiū vulnꝰ. Quia ḡ de medicamēto
vulnꝰ facimꝰ: fac̄ ille de vulnere medi
camētū: vt q̄ v̄tute p̄cutiť: vitio cureť.
Virtutū eñ dona retor q̄mꝰ in vſū vi
tioꝝ: ille vitioꝝ illecebras aſſumit in
arcē v̄tutū: ⁊ ſalutꝭ ſtatū p̄cutit vt ſer
uet: vt q̄ hūilitatē curātꝭ fugimꝰ ei ſal
tē cadētes hereamꝰ. Sꝫ pleriq̄ꝫ q̄ in
Nota multꝭ corruūt: artiꝰ ligant. Cūq̄ꝫ eos
āntiquꝰ hoſtꝭ ex vno vitio p̄cutit vt ꝯci
dāt: ex alio ligat ne ſurgāt. Cōſideret
ḡ hō: cū q̄ adūſario bellū gerat: ⁊ ſi iā
ſe in aliq̄ deliq̄ſſe p̄p̄ēdit: ſaltē ad cul
pā p̄trahi ex culpa p̄timeſcat: ⁊ ſtudi
oſe vitenť vulnera q̄bꝰ freq̄nť iterfi
cit: q: valde raꝝ ē ꝙ hoſtꝭ nr̄ electoꝝ
ſaluti etiā vulneribꝰ ſeruiat. Ad eru
diēdū eñ dñs ſepe electos tēptatorū
ſbijcit: ſic̄ poſt p̄adiſi clauſtra poſt ter
tij celi ſecreta ne reuelationū magni
2.12.b tudie paulꝰ extolleret datꝰ eſt ei āgelꝰ
ſathāe. Sꝫ hac tēptatiōe diſponiť: vt
q̄ elati p̄ire poterāt: hūiliati ſeruenť.
Secreto ḡ diſpēſatiōis ordie vñ ſeui
re p̄mittiť iniq̄tas diaboli: īde p̄ficiť
benignitaſ dei: q: īde obtēp̄at nutibꝰ
ſupne gr̄e vñ exercet irā voluntatꝭ ſue.

**Ni. de ly.** Ca. XII

M Iſit ḡ dñſ na. Hic ꝯñr
deſcribiť hūilis recogni
Diuiſio tio pctī. Et p̄mo ponitur
peccatis rep̄hēſio. ſcd̄o rep̄hēſi humi
lis cōfeſ

M Iſit ḡ Ca. XII a
dñs nathā ad da
uid. Qui cū vēiſ
ſet ad euꝫ / dixit ei:

a ¶ cū p̄lati eccl'ie potētes arguūt: p̄riꝰ q̄ſdā ſilitudines velut de alieno negocio iducūt.

Rñde mihi iudicium. Duo viri b
erāt in ciuitate vna: vnꝰ diues: et
alter paup̄. Diues hēbat oues et
boues plurimos valde: paup̄ aūt c
nihil habebat oino / p̄ter ouē vnā
paruulā / quā emerat ⁊ nutrierat ⁊ d e
que creuerat apud eū cū filijs eiꝰ
ſimul / de pane illiꝰ comedēs: ⁊ de f
calice eiꝰ bibēs: ⁊ in ſinu illius dor
miēs: eratq̄ꝫ illi ſic̄ filia. Cū āt pe g
regrinꝰ q̄dā vēiſſet ad diuitē / p̄cēs
ille ſumere de ouibꝰ ⁊ de bobꝰ ſuiſ:
vt exhiberet cōuiuiū p̄egrino illi
q̄ venerat ad ſe: tulit ouē viri pau
perꝭ: ⁊ p̄parauit cibos homini illi

a ¶ Poſt ſilitudines rectā ſnīaꝫ ꝯ ſe quaſi in alteꝝ p̄ferunt potentes.

q̄ venerat ad ſe. Irātus āt īdigna
tiōe dauid aduerſus hoīeꝫ illū ni
mis / dixitq̄ꝫ ad nathā: † Viuit dñſ:
q̄m filius mortis ē vir q̄ hoc fecit. h
Quē reddet in quadruplū: eo ꝙ i
fecerit verbū iſtud ⁊ nō pep̄cerit.

a ¶ Tādē p̄lati modis ꝯgruētibus de p̄prio reatu potētes ferlāt iā in nulla ſui defenſione erectos q̄ſi p̄pe ſnīa p̄prij oris ligatus.

Dixit aūtē nathā ad dauid: Tu k
es ille vir q̄ feciſti hāc rē. Hec di
cit dominus deus iſrł: Ego vnxi
te in regē ſup̄ iſrł: ⁊ ego erui te de
† manu ſaul: ⁊ dedi tibi domū dñi
tui: ⁊ vxores dñi tui in ſinu tuo: l
dediq̄ꝫ tibi domū iſrael ⁊ iuda: et
ſi parua ſunt iſta: adijciā tibi mul
to maiora. Quare ergo ꝯtempſi
ſti verbū domini: vt faceres ma
lum in conſpectu meo? Vriā ethe m
um percuſſiſti gladio: ⁊ vxorem il
lius accepiſti tibi vxorem: ⁊ inter
feciſti eum gladio filioꝝ ammon.
Q̄obrem nō recedet gladius de n
domo tua / vſq̄ꝫ in ſempiternū: eo
ꝙ deſpexeris me ⁊ tuleris vxoreꝫ
vrie ethei vt eſſet vxor tua. Itaq̄ꝫ
hec dicit dominus: Ecce ego ſu o
ſcitabo ſup̄ te malū d̄ domo tua:
⁊ tollam vxores tuas in oculis tu
is: et dabo p̄ximo tuo: ⁊ dormiet p
cuꝫ vxoribus tuis in oculis ſolis
huius. Tu eni feciſti abſcondite:
ego vero faciā verbuꝫ iſtud in cō
ſpectu omnis iſrael: ⁊ in cōſpectu
ſolis huiꝰ. Et dixit dauid ad na q

a lis confeſſio / ibi: Et dixit dauid ad na
thā. Prima in duas: q: primo in rep̄
henſiōe dauid p̄abola p̄poniť. ſcd̄o ex 2.q.7.§. itē
poniť / ibi: Dixit aūt nathā. Circa pri cū balaā. v̄.
ca primū d̄r: b ¶ Duo viri erāt. ſ. itē cū dauid
dauid ⁊ vrias. c ¶ Paup̄ āt nihil
⁊c̄. i. vxorē vnicā. dauid āt hēbat plu
reſ: vt ptꝫ ex. ſ̄. dictꝭ. d ¶ Quā eme
b rat. dādo p̄ ea dotē. e ¶ Et nutrie
rat. q: accep̄at eā p̄uulā. f ¶ De pa
ne illius come. ⁊c̄. q: cōicabat cū eo
in cibo ⁊ lecto. g ¶ Cū aūt peregri
c nus ⁊c̄. i. diabolꝰ q̄ alienatus ē a cōi
tate ciuiū celeſtium p̄ obſtinationē in
d pctō: cui dauid fecit conuiuiū p̄ cōſen
e ſum in adulteriū ⁊ homicidiū in opus
deductū: q: diabolus in talibus dele
f ctať. Talē āt parabolā p̄poſuit nathā
ip̄i dauid vt ignorāſ ſeip̄m condēna
ret: ⁊ ſic frontē nō haberet defenden
g di peccatū ſuū. Ideo ſubdiť ſnīa da
uid: h ¶ Filius mortis eſt vir q̄
hoc fecit. i. dignus morte p̄pter hor
rorē facti. i ¶ Quē reddet in qua
druplū. Hoc ſentētiauit ſ̄m legeꝫ q̄
habeť Exo. xxij. a. ſ. ꝙ p̄ furto ouis red
dať quadruplū. ⁊ ſic factū ei eſt: q: p̄
morte vrie mortui ſunt q̄ttuor filij eiꝰ:
ſcꝫ primus filius berſabee: abſalō: am
mon: adonias: vt habeť ex ſeq̄ntibuſ.
k ¶ Dixit aūt nathā. Hic ꝯñr hec
parabola p̄dicta expōiť ꝯ ip̄m dauid.
Et ptꝫ ſnīa ex p̄dictis: paucis exceptis
que diſcurrenť. l ¶ Et vxores dñi † 3.q.7.§.
h tui in ſinu tuo. Lꝫ non legať ꝙ da
uid vxores ſaul' accep̄it: tñ dñs tantā
i p̄tātē ei dedit ꝙ poterat accip̄e: ⁊ forſi
tan aliquas accepit: q: nobiles erant.
nō eñ oīa ſcripta ſunt. m ¶ Vriaꝫ
etheū p̄cuſſi. gladio. q: ex eiꝰ man
dato factū fuit: vt patet ex p̄dictis: ⁊ il D
k le facit rē cuiꝰ auctoritate fit. n ¶ Q̄
obrē non recedet gladius de do
mo tua. q: frater occidit fratrē vt ab
ſalon ammō: vt habeť. ī. ca. ſequēti. ⁊
ſalomon adoniā: vt hr̄. ī. iij. li. ij. ca. Et
filius inſurrexit ꝯ patrē. ſ. abſalō ꝯ da
uid: vt habeť. ī. xv. ca. Ideo ſubditur: al's † domo
l o ¶ Ecce ego ſuſcita. ſup̄ te malū
de domo tua. ſ. abſalō filiū tuū vo
lentē inuadere regnū. p ¶ Et dor
miet cū vxoribus tuis in ocu. ⁊c̄.
. i. manifeſte corā oībus: p̄ut habeť. ī.
xv. ca. q ¶ Et dixit da. Hic ꝯñr po
niť ip̄iꝰ dauid humil' cōfeſſio ⁊ pene tē Diuiſio
m peratio. ⁊ ſcd̄o hūana ꝯſolatio / ibi: Et
cōſolatꝰ ē. tertio reaccipiť hiſtorie nar
ratio / ibi: Igiť pugnabat. Circa p̄mū
diciť: Et dixit dauid. Ore ⁊ corde.
✱ Peccaui dño.

Moraliter. a ¶ Miſit ḡ dñs na Moraliter
n ad dauid ⁊c̄. Per nathā p̄phāꝫ pōt
intelligi p̄dicator qui verbum dñi ha
bet nunciare ad modū p̄phete: p̄pter
qd̄ ſicut nathan pctā dauid regis non
palliauit ſed efficaciter rep̄hendit: ſic
o p̄dicator peccata potentū publica non
debet palliare ſed efficaciter contra ea
p̄dicare: exēplo chriſti qui peccata ſcri
baꝝ ⁊ pontificū efficaciter rep̄hendit.
p q ¶ Et dixit dauid ad nathā ⁊c̄.
Per hoc autē ꝙ dauid ſe nō excuſauit
ſed ſtatim pctm̄ ſuum tanq̄ꝫ vere peni
tens humiliter recognouit: exemplum
dedit omībus ⁊ ſpecialiter potētibus
vt peccata ſua non defendant: ſed hu
militer confiteanť vt veniā conſequi
q mereanť: ſicut ip̄e dauid cui dictū fuit.

p ✱ Dñs trāſtu

a ¶ Dixitq̃ nathā. Q̄ia tñ q̄ ꝓ pctō ꝑdicta ſūt ei: poſtmodū tolerauit: Deus delictū delet: ſꝫ inultū nō deſerit. Aut eñ hō ī ſe penitēs punit: aut deus hec cū hoīe vindicās ꝑcutit. Nō igiꝛ pctō parciꝛ: qꝛ ſine vindicta nō laxaꝛ. Sic eñ dauid audire poſt ↄfeſſionē meruit: dñs trāſtulit pctm̄ tuum: ⁊ tñ multis poſt cruciatibꝰ afflictus effugiēs reatū culpe quā ꝑpetrauerat exoluit. Sic nos ſalutis vnda a culpa pꝛimi parētis abſoluimur: ſꝫ abſoluti q̊ꝫ adhuc carnaliꝛ obimꝰ: qꝛ delicta nr̄a vel ꝑ nos vel ꝑ ſeipſum deꝰ reſecat etiā cū relaxat. Ab electꝭ eñ ſuis iniq̇tatū maculas ſtudet tꝑali afflictione tergere: q̄s in eis ꝑpetuo nō vult videre.

Ecci.47.b. De pe.diſt. 1. c. voluiſſent iniq̇ .§. deniq̃ et.c. ſi pctm̄ dauid. et.c. ſic̄ ꝑmi. et diſt. 2.§. opponitur ī fine. et diſ.3.c. totā penitentiaꝫ et.c. ille rex tantꝰ. et.c. illud

b ¶ Miſitq̃ ioab. Hec victoꝛia dauid quā ioab inchoauit: ⁊ ipē ꝑfecit: ſignificat victoꝛiā nr̄i regꝭ. Dux eī ↄ̄ hoſtes bellū gerit cū ꝑdicatoꝛū oꝛdo ↄ̄ mundi potētes ſcutum fidei opponit. Sꝫ victoꝛia ad xp̄m referꝛ: cui oīs ptās ⁊ potētia regni aſcribitur. Deꝰ eſt eñ q̇ opaꝛ ī nobis ⁊ velle ⁊ ꝑficere. Coꝛonā ḡ regis hoſtilis ppl̄i tulit dauid: ⁊ ſibi diadema fecit: cū xp̄s diabolo regnuꝫ auferēs ſibi inſigne decoꝛū parauit. Eſt eñ dauid coꝛona cōuētus catholici ppl̄i: q̇ caput noſtrū .i. xp̄m fide ⁊ cōuerſatione coꝛonat ⁊ ambit. Oīs eñ ſanctoꝝ laboꝛ certamē et victoꝛia ad honoꝛē eiꝰ refertur. Rabbath ciuitas regni ammon: q̄ nūc philadelphia vocaꝛ: ⁊ interp̄taꝛ multitudo. Et ī euāgelio dꝛ: qꝛ multi venient ab oꝛiente ⁊ occidente ⁊ recūbent cū abꝛaam iſaac et iacob in regno celoꝝ. c ¶ Urbs aquaruꝫ. Pꝛopter abundantiam que ibi erat aque: vel vt quidam dicunt populoꝛum.

† 33.q.2. c. poſt ipm̄ ꝟ. hoc autē

Mat.8.b

☞ Et tulit dia

a ¶ qui humiliter cōfiteꝛ veniā mox cōſequeꝛ.

a than: Peccaui dño. Dixitq̃ nathā ad dauid. a
†Dñs q̊ꝫ trāſtulit pctm̄ tuū. Nō moꝛierꝭ. Uerū b c

a ¶ apud gētes ſceleſtū habeꝛ: ſi q̇s vxoꝛē alteriꝰ ꝑ vim ſibi vēdicauerit maxime qui pꝛeeſt.

tñ qm̄ blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi d

a ¶ quia talem regē ꝑfeciſſet.

ꝓpꝛ verbū h̄: filiꝰ q̇ natꝰ ē tibi moꝛte moꝛieꝛ. Et
reuerſus ē nathā ī domū ſuā. Percuſſitq̃ dñs e
paruulū quē pepererat vxoꝛ vrię dauid: ⁊ de f
ſperatꝰ ē† Depcatuſq̃ ē dauid dñm ꝓ paruulo: g

a ¶ At nos ieiunemus ⁊ ſuꝑ terrā iaceamus: donec peccati deſiderium funditus aboleaꝛ.

⁊ ieiunauit dauid ieiunio: et ingreſſus ſeoꝛſum iacuit ſuꝑ terrā. Uenerūt aūt ſenioꝛes domꝰ eiꝰ cogētes eū vt ſurgeret de terra. Qui noluit: neq̃ comedit cū eis cibū. Accidit aūt die ſeptīa vt moꝛereꝛ infans. Timuerūtq̃ ſerui dauid nūciare ei q̄ moꝛtuꝰ eſſet paruulus. Dixerūt eni: Ecce cuꝫ paruulꝰ adhuc viueret loq̇bamur ad eū: ⁊ nō audiebat vocē noſtrā: quātomagꝭ ſi dixerimꝰ moꝛtuꝰ ē puer ſe affliget: Cū ḡ dauid audiſſet ſeruos ſuos muſitātes: intellexit q̄ moꝛtuus eſſet infantulus. Dixitq̃ ad ſeruos ſuos: Nūq̇d moꝛtuꝰ ē puer: Qui rñderūt ei: Moꝛtuus ē. Surrexit ḡ dauid de terra: ⁊ lotꝰ vnctuſq̃ ē. Cūq̃ mutaſſet veſtē: ingreſſus ē domū dñi ⁊ adoꝛauit: ⁊ venit in domuꝫ ſuā. Petiuitq̃ vt ponerēt ei panē ⁊ comedit. Dixerūt aūt ei ſerui ſui. Quis ē ſermo quē feciſti: Pꝛopter infantē dū eñ adhuc viueret ieiunaſti ⁊ flebas. Moꝛ b
tuo aūt puero ſurrexiſti ⁊ comediſti panē: Qui
ait: Pꝛopter infantē cū adhuc viueret ieiunaui ⁊ fleui. Dicebā eñ. Quis ſcit ſi foꝛte donet i k
eū mihi dñs / ⁊ viuat īfans: Nūc aūt qꝛ moꝛtuꝰ
eſt: q̄re ieiuno: Nunq̇d potero reuocare eū amplus: Ego vadā magꝭ ad eū: ille vero nō reuer
teꝛ ad me. Et cōſolatꝰ eſt dauid berſabee vxoꝛē l
ſuā. Ingreſſuſq̃ ad eā doꝛmiuit cū ea. Que ge m
nuit filiū: ⁊ vocauit nomē eiꝰ ſalomō. Et dñs di n
lexit eū† Miſitq̃ eū ī manu nathā ꝓphete: ⁊ vo o

a ¶ In hebꝛeo idida .i. dilectꝰ dñi ꝓpter dñm .ſ. ꝓpter gratuitā miſericoꝛdiā qua eū diligere dignatꝰ ē q̄uis manẽr eſſet.

cauit nomē eiꝰ amabilis dño: eo q̄ diligeret eū

a ¶ qñ cū adiectiōe ſcribiꝛ rabbath: ſic̄ h̄ qñ ſine adiectiōe rabba

dñs. Igiꝛ pugnabat ioab contra rabbath filio p
b rū ammon: ⁊ expugnabat vꝛbē regiā. Miſitq̃ †
ioab nūcios ad dauid / dicēs: Dimicaui aduer
c ſum rabba: ⁊ capienda eſt vꝛbs aquarū. Nunc q
igiꝛ cōgrega reliquā ꝑtē ppl̄i: ⁊ obſide ciuitateꝫ r
⁊ cape eā: ne cū a me vaſtata fuerit vꝛbs / nomini meo aſcribaꝛ victoꝛia. Congregauit itaq̃ dauid oēm populū: ⁊ ꝓfectus eſt aduerſum rab/

## Nico.de lyra

a ¶ Peccaui domino. non defendens peccatū ſuū: ſed humiliter recognoſcēs. ꝓpter qđ ſequiꝛ pene tēperatio cū diciꝛ: b ¶ Dñs q̊q̃ tranſtulit peccatū tuum: q̄tū ad culpā: remittendo ꝓpter pn̄iam tuā: ⁊ q̄tuꝫ ad penā: tēperando eā: qꝛ licet ſis homicida ⁊ moꝛte dignus: tñ c ¶ Nō moꝛie. ī ꝓpꝛia ꝑſona: ſed in filio tibi nato. cuiꝰ cauſa ſubditur: d ¶ Qm̄ blaſphe. ⁊c̄. qꝛ hoīes ignoꝛātes ⁊ mali ex h̄ blaſphemabāt iudicia dei occulta: dicētes eū iniuſte egiſſe: repꝛobādo ſaul ⁊ eligēdo dauid q̇ ſatꝭ peioꝛa fecerat q̄ ſaul. e ¶ Percuſſitq̃ dominꝰ par. infirmitate incurabili ſimplr̄ ꝑ naturā. iō ſbdiꝛ: f ¶ Et deſpe. ē .ſ. dauid de ſanatione pueri ꝑ viā nature ⁊ artis medicine: qꝛ tñ deꝰ poterat eū ſanare. iō ſubdiꝛ: g ¶ Depcatuſq̃ eſt dauid ⁊c̄. qꝛ neſciebat ſi verbū dñi de moꝛte pueri fuiſſet

† 1. Pa.3.b Mat.1.a

fuiſſet dictū ꝑ ſn̄iam diffinitiuā: qꝛ tūc nō oꝛaſſet ꝓ eiꝰ ſanitate: aut ꝑ cōminationē tm̄ ſic̄ Ione. iij. dꝛ: Adhuc .xl. b. dies ⁊ niniue ſubuerteꝛ: q̄ tñ nō fuit ſubuerſa eo q̄ niniuite egerunt pn̄iam: ꝓpter h̄ dauid interrogatꝰ de fletu ꝓ puero q̄diu viuebat: ⁊ cōſolatiōe ſua ipſo moꝛtuo de quo mirabanꝛ hoīes ſui. vt ptꝫ in lr̄a / rñdit: h ¶ Dū eñ adhuc viueret ieiunaui ⁊ fleui: ꝓ eiꝰ ſanitate īpetrāda. i ¶ Dicebā eñ .i. in coꝛde meo cogitabā. k ¶ Quis ſcit ſi foꝛte do. ⁊c̄. ꝓpter pn̄iam ⁊ afflictionē meam. l ¶ Et cōſola. eſt. Hic ↄ̄ñr ponīꝛ ipiꝰ dauid aliq̇lis ↄſolatio: eo q̄ dñſ pctm̄ ſuū remiſerat q̄tū ad culpā ⁊ tēperauerat q̄tū ad penā. vt ꝑdictū eſt: ⁊ ideo ↄ̄ñr conſolatus eſt berſabee vxoꝛē ſuā de moꝛte pueri. m ¶ Que genu. ⁊c̄. q̇ interp̄taꝛ pacificus: et h̄ fuit ex oꝛdinatione diuina. fuit eñ ipi dauid reuelatū q̄ poſt eū regnaret: ⁊ in tanta pace q̄ tēplū dñi edificaret ſicut ꝓmiſſuꝫ fuerat dauid a dño .ſ̄. vij. ca. n ¶ Et dñs di. eū. dando ſibi gratiā in ſua iuuētute. q̄uis errauerit in ſenectute: vel dꝛ q̄ dñs dilexit eū eo q̄ dñs dedit ſibi bona naturalia ex ꝑte coꝛpis ⁊ aīe. o ¶ Miſitq̃ eū in manu nathan ꝓphete: vt ꝑ eū ſācte nutrireꝛ: ⁊ bñ doceret: vt ſic poſtea ad regnū aptioꝛ efficereꝛ. p ¶ Igiꝛ pug. Interpoſito pctō dauid q̄tuꝫ ad adulteriū ⁊ homicidiū. hic reuerꝛ ſcriptura ad cōplēdū hiſtoꝛiā. ſ̄. inchoatā .x. ca. de expugnatione filioꝝ āmon / cuꝫ diciꝛ: Igiꝛ pugnabat ioab contra rabbath: q̄ erat ciuitas pꝛincipalis ⁊ regia: ꝓpter quod rex ⁊ bellatoꝛeſ ſui poſuerūt ſe in ea. q ¶ Et capiēda eſt ⁊c̄. qꝛ circa eā erāt aq̄ ⁊ paludes ī q̇bꝰ ↄfidebāt interioꝛes. Sꝫ his nō obſtantibus ioab tm̄ fecerat q̄ erat in ꝓximo capiēda. r ¶ Congrega re. ⁊c̄. Ex quo ptꝫ magna fidelitas ipſius ioab erga dauid: qꝛ victoꝛiā ſuo laboꝛe ꝓcuratā noluit ei aſcribi.

☞ Et tulit

✱ b ¶ Dñs q̊ꝫ trāſtulit peccatū tuū ⁊c̄. Surrexit ḡ da. de ter. et lo. vnctuſ q̊ꝫ eſt. Per hoc aūt factū dauid oſtendiꝛ q̄ licet ꝓ vita ꝓpinquoꝝ languētiū q̄diu viuūt ſit oꝛandū: tñ ipſis defūctis cōſolatio recipi debet de moꝛte eoꝛum. vnde dicitur .i. Theſſaꝛ. iiij. c. Nolumꝰ vos ignoꝛare fratres de doꝛmientibus vt nō contriſtemini ſicut et ceteri qui ſpem non habent: ſcꝫ reſurrectionis future. † ¶ Miſitq̊ꝫ ioab nūcios ad dauid di. ⁊c̄. Per hoc autem q̄ ioab triūphū de filiijs ammon noluit ſibi aſcribere ſed magis domino ſuo dauid: nobis oſtēditur q̄ nullus victoꝛiam de peccatis vel demonibus debet ſibi attribuere: ſed dño nr̄o ieſu chꝛiſto ꝑ dauid figurato.

✱ Populum

a ¶ Et tulit dia. regl. In Pa- ral. ita legi̅t: Tulit dauid coronā melchō de capite ei⁹: ⁊ īuenit in ea auri pōdo talentū: ⁊ p̄cioſiſſi- mas gēmas. Fecitq̃ ſibi inde di- adema. Nō ē em̄ nomē ꝓprium melchō: ſʒ iterp̄tat̄ rex eoꝝ. Mel chon vt volūt hebrei idolū ē am- monitaꝝ: cui⁹ diadematis auꝝ ⁊ gēmas dauid dr̄ ↄflaſſe ⁊ purgaſ ſe ſm̄ legē ⁊ feciſſe ſibi diadema. 1.pa.10.a

Factū ē ⁊c̄. ¶ Ca. XIII

b ¶ Sorbiciūla. Eſt qd̄ ad ſorbēdū aptū eſt.

c ¶ Oppſſit eā. Inceſt⁹ amnon maioris filij dauid in ſorore ſua thamar ⁊ parricidiū abſalō in am non fratre: monet nos vt ſp̄ cau- te agam⁹: ne vitia in nob̄ dn̄ent̄: ⁊ princeps pcti (q̄ falſam pacē pe riclitātib⁹ ſpondet) nos impatos iueniēs de īprouiſo trucidet. Ab ſalō em̄ pr̄ pacis vel pr̄is pax in- terp̄tat̄. Amnō donās. Thamar amaritudo. Qui em̄ membra ſua donat libidini: ⁊ ſuit iniq̄tati ad iniq̄tatē: in pcti amaritudinē ca- dit: ſʒ inimicus ſe q̄ſi pr̄em pacis oñdet ⁊ pſpa ꝑ talib⁹ fact̄ ꝓmit tat. Neceſſe ē em̄ vt cito ad peni- tentiā redeam⁹ ne forte diabol⁹ ꝑ malignos ſpūs in necē noſtram conſpiret ⁊ morti ꝑpetue tradat.

Et exoſam

## Nico. de lyra

B a ¶ Et tulit ⁊c̄. eoꝝ. hoc ē: idoli ipoꝝ q̄ vocabat̄ melchō ⁊ ī- terp̄tat̄ rex eoꝝ. b ¶ Et ipoſitū eſt ⁊c̄. primo tm̄ ↄflauit ⁊ purga- uit metallū ſm̄ purgationē legiſ: ⁊ poſtea fecit inde ſibi diadema. Sʒ ſi h̄ dicat̄ videt̄ dauid feciſſe ↄ legē: Deut. vij. a. vbi dr̄: Scul ptilia eoꝝ igne cōbureſ: ⁊ nō ↄcu piſces auꝝ ⁊ argētū de q̄b⁹ facta ſunt ⁊c̄. Ad qd̄ ſciendū qd̄ iſtud p̄ceptū ītelligit̄ tm̄ de ciuitatib⁹ ⁊ pplis q̄ erāt ītra termīos terre ꝓ miſſionis: q̄ꝛ de eis loquit̄ ſic̄ ptʒ ibidē. ppl's aūt āmonitaꝝ nō erat ↄtētus ītra termīos terre ꝓmiſſi onis. c ¶ Pplm q̄ʒ ei⁹ addu. ⁊c̄. qd̄ nō ē ītelligēdū de toto po pulo āmonitaꝝ: ſʒ de illis ſolū q̄ ↄſiliū dederāt q̄ fieret vituperiū nūcijs ſuis: q̄ꝛ miſerat eos bona intētiōe ad ↄſolationē regl ⁊ red diderūt malū ꝓ bono: ⁊ iō voluit ↄ eos exercere rigorem iuſticie ne de cetero aliquis attētaret ſimile facere. aliter

✱ c ¶ Pplm q̄ʒ eius addu- cēs ſerrauit. Per hanc penā q̄ fuit valde ḡuis ⁊ īflicta ꝓpt̄ iniu riā factā ip̄i dauid. Allegorice ſi- gnificata fuit grauitas pene ꝑ ro manos iudeis inflicte ꝓpt̄ iniu- riā factā ip̄i xp̄o ꝑ dauid ſignifica to vt p̄dictū eſt. ¶ Ca. XIII

Diuiſio Factum eſt aūt poſt hec ⁊c̄. Poſtq̃ deſcri- pta eſt tranſgreſſio da- uid ⁊ eius punitio occulta ꝑ pue- ri mortē: hic cōſequēter deſcribit̄ eius punitio manifeſta: ⁊ q̄ꝛ pec- cauerat ꝑ homicidiū ⁊ adulteriū: ideo primo deſcribit̄ primogeni- ti ſui inter

a bath. Cūq̃ dimicaſſet cepit eā† Et tulit a diadēa regl eoꝝ de capite ei⁹: pōdo auri talētū hn̄s gēmas p̄cioſiſſimas: ⁊ ipoſitū b eſt ſup caput dauid. Sʒ ⁊ p̄dā ciuitatis aſportauit mltā valde. Pplm q̄ʒ ei⁹ ad c

a ¶ .i. ſerra ꝑ mediū ſecuit. b ¶ ſilitudinē. c ¶ rotis

ducēs ſerrauit: ⁊ circūegit ſup eos ferrā

incidentia. a ¶ eos. b ¶ cultros ꝑ eos.

ta carpēta. Diuiſitq̃ cultrl: ⁊ trāſduxit

a ¶ ſimilitudine. b ¶ modo quo tranſducunt̄ ꝑ la- teres adhuc teneros vt conforment̄.

in typō lateꝝ. Sic fecit vniuerſis ciuita tibus filioꝝ āmō. Et reuerſus ē dauid ⁊ oīs exercitus in hierl'm. ¶ Ca. XIII

Factū ē āt poſt hec vt abſa- d lō filij dauid ſororē ſpecio- ſiſſimā vocabulo thamar ad amaret† amnon fili⁹ dauid: ⁊ deperiret in eā valde: ita vt egrotaret ꝓ- pter amorē eius: q̄ꝛ cū eſſet v̄go diffici- e le ei videbat̄: vt q̄ppiā inhoneſte ageret cū ea. Erat aūt amnō amicus noīe iona f dab filius ſemma fr̄is dauid, vir pru- dēs valde. Qui dixit ad eū: Quare ſic attenuaris macie fili regl ꝑ ſingulos di- es: Cur nō indicas mihi: Dixitq̃ ei am non: Thamar ſororem fr̄is mei abſalon amo. Cui rn̄dit ionadab: Cuba ſup le- ctulū tuū ⁊ lāguorē ſimula: cūq̃ vene- rit pr̄ tu⁹ vt viſitet te, dic ei: Veniat† obſe cro thamar ſoror mea vt det mihi cibū: ⁊ faciat pulmētū ⁊ comedā d̄ manu ei⁹. Accubuit itaq̃ amnō ⁊ q̄ſi egrotare ce- pit. Cūq̃ vēiſſet rex ad viſitādū eū, ait amnō ad regē: Vēiat obſecro thamar ſo b ror mea: vt faciat ī ocul' meiſ duas ſorbi g ciūculas: ⁊ cibū ꝑatū capiā de māu ei⁹. Miſit ḡ dauid ad thamar domū, dicēſ: Vēi in domū amnō fr̄is tui: ⁊ fac ei pul- mētū. Vēitq̃ thamar ī domū amnō fr̄is ſui. Ille aūt iacebat. Que tollēs farinā cōmiſcuit: ⁊ liq̄faciēs ī ocul' ei⁹: coxit ſor biciūculaſ. Tollēſq̃ qd̄ coxerat: effudit ⁊ poſuit corā eo: ⁊ noluit comedere. Di xitq̃ amnō: Eijcite vniūſos a me. Cūq̃ eieciſſēt oēſ, dixit amnō ad thamar: In- b fer cibū in ↄclaui vt veſcar de māu tua. Tulit ḡ thamar ſorbiciūculaſ q̄ſ fecerat ⁊ itulit ad amnō frēʒ ſuū ī ↄclaui. Cūq̃ obtuliſſet ei cibū: app̄hēdit eā ⁊ ait: Vēi cuba mecū ſoror mea. Que rn̄dit ei: No li frat̄ mi: noli opp̄mere me: neq̃ ei fas ē ī iſrl'. Noli facere ſtulticiā hāc. Ego ei ferre n̄ potero opprobriū meū: ⁊ tu erl q̄ ſi vn⁹ de īſipiētib⁹ in iſrl'. Qui poti⁹ loq̄re i ad regē: ⁊ nō negabit me tibi † Noluit āt amnō acq̄eſcere p̄cibus ei⁹: ſed p̄ualēs c viribus opp̄ſſit eā, ⁊ cubauit cum illa.

a ti ſui interfectio. ſecundo vxoꝝ ſua- C rum cognitio: ca. xiiij. tertio contra † 1. pa. 10. b eū populi rebellatio: ca. xx. Circa p̄ b mum ↄſiderandū q̄ primogenitus dauid occiſus eſt: eo q̄ ſororē ſuaʒ thamar violenter deflorauit: ⁊ idō c p̄mo deſcribit̄ ſtupratio ſororis ab amnō. ſecundo cōceptio rācoris in corde abſalon, ibi: Porro nō eſt lo cutus abſalon ⁊c̄. tertio vindicatio pudoris, ibi: Factū eſt aūt poſt tē- pus ⁊c̄. Circa primū dr̄: Factum eſt autē poſt hec vt abſalon ⁊c̄. Quia in vindictā pctoꝝ dauid amnō primogenitus eius amore il licito exarſit in ſororē ſuā: ita q̄ in- firmabat̄ ꝓpter eā: q̄ꝛ paſſiones ex ceſſiue amoris odij vel timoris et d hmōi mirabilit̄ immutant corpus. e ¶ Quia cū eſſet virgo diffi- cile ei videbat̄ vt q̄p. ⁊c̄. Non q̄ꝛ formidaret inhoneſtatē: ſʒ quia filie regis virgines clauſe intra do Al's† amō mū cuſtodiebant̄: ita q̄ ſibi impoſ- ſibile videbat̄ q̄ poſſet eius habe- e re p̄ſentiā ad exercendū ſuā luxuri- am. f ¶ Erat autē amnō ami- f cus nomine ionadab fili⁹ ⁊c̄. Id eſt aſtutus: quia ad finē malum ſciebat inuenire media opportuna: ſicut patet ꝑ malū conſiliū quod de dit ip̄i amnō. Et patet lr̄a vſq̃ ibi: g ¶ Vt faciat in oculis meis duas ſorbiciūculas ⁊c̄. Id eſt duo pulmenti genera ad ſorbendū apta. Cet̄a patēt vſq̃ ibi: h ¶ In D fer cibuʒ in conclaui: Id eſt in loco ſecreto ⁊ remoto quod dice- bat vt poſſet ea abuti: vt patet ex conſequētibus. Sequit̄: i ¶ Lo- Al's toro quere ad regem: et non nega- bit me tibi. Hoc videt̄ eſſe con- tra legem: Leuit̄. xx. vbi ꝓhibetur matrimoniū fratris cum ſorore ſi- ue ſit de patre tm̄ ſiue de matre: et multo fortius d̄ vtroq̃. ad quod re ſpōdet Ra. Sa. q̄ dauid cepit ma g trem thamar in bello: et circūciſis vnguibus ⁊ peractis alijs que ad hoc requirunt̄: vt habet̄ Deutero. xxi. b. Et accepit eā vxorem. verun- tamen tunc erat imp̄gnata de viro quē prius habuerat habēs in vte- ro iſtā thamar: ⁊ ideo nō erat filia natural' ip̄i⁹ dauid. ꝓpt̄ qd̄ fili⁹ ei⁹ poterat eā hr̄e vxorem ſm̄ legem.

✱ Et exoſam

Moraliter. d ¶ Factum eſt Moraliter autem poſt hec vt abſalon fi- lij dauid ſororem ſpecioſiſſi- h mā vocabulo thamar ad ⁊c̄. Per thamar virginem que cubicu lum amnon fratris ſui ex patre ſed nō ex matre intrauit ſola cum ſolo ⁊ ibidem fuit deflorata: ſignificat̄ quecūq̃ virgo vel mulier contine- re; ꝓponens: ſed de ſua ſecuritate nimis confidens. Nam frequēter in tali confidentia diabolus cuius alitus prunas ardere facit: vt dicit̄ Job. xlj. quando ſola cum ſolo etiā valde ꝓpinquo reperit ignem con cupiſcentie carnalis accēdit. ꝓpter qd̄ talis ſolitudo caueri debet ſolli- cite. Bern̄. ſuper Miſſus eſt. So † 47. diſt. c. lent virgines q̄ vere virgines ſunt ſic̄ hi. §. ne- ſemꝑ eſſe pauide ⁊ nūq̃ ſecure ⁊ vt ceſſe. timēda caueāt etiā tuta ꝑtimeſcere.

a ¶ Et exoſam eã ha. Et nos admiſſum facin⁹ odio habea mus magis q̃ ante ꝑpetrationẽ dilexeram⁹: ⁊ ob hoc citi⁹ con ſequemur veniã: ſi tamẽ in alio vitio denuo nõ offendam⁹ ſi cut amnon: q̃ q: poſt inceſtum ebrietatem non vitauit: ob hoc mortem non euaſit.

## ¶ Nico. de lyra

Tholomai

* a ¶ Et exoſam illã habuit. q: ſicut dicũt hebrei in ei⁹ defloratiõe leſus fuit in tm̃ ꝙ dolor ſequẽs maior fuit delecta tione p̃cedẽti. b ¶ Maius eſt hoc ma. ſ. me expellẽdo cõ fuſibiliter ſicut meretricẽ q̃ ꝙ me violẽter defloraſti: q: pote rat eã accipere ĩ vxorẽ.

c ¶ Que indu. erat ta tu. In hebreo habet: Se rica tunica. d ¶ Que aſ ꝑgẽs cine. capi. ſuo ⁊c. hoc nõ fecit thamar ſtatim cuꝫ eiecta fuit ab amnon: q: ſeipſaꝫ ſcãdaliçaſſet: ſꝫ poſt q̃ venit ad domum fratris ſui: ideo ſubdit: Ibat ingre diens ⁊ clamãs ⁊c.

e ¶ Mãſit itaq̃ tha. cõ tabeſcẽs. magis volẽs in nupta manere q̃ a viro ſi bi dato violata ĩueniri. Et ex hoc patet cõtinẽtia ⁊ pu ritas ill⁹ tẽporis in virgini bus deſpõçandis. f ¶ Cũ aũt audiſſet rex dauid verba hec: cõtri. eſt val de: Tũ q: fili⁹ ſu⁹ deũ offen derat faciẽdo opus nepha rium: Tũ q: filia ſua ado ptiua erat vituperata in ꝑ petuũ. g ¶ Et noluit cõ triſtare ⁊c. videt ꝙ dauid in hoc grauiter peccauerit: q: nõ ſolũ tenebat filiũ in crepare: ſed etiã ĩterficere: vt videt ꝓ virginis violen ta defloratiõe. Dicendũ ꝙ nõ habebat ſibi ĩfligere pe nã mortis: nec rõne deflo rationis: nec rõne violẽtie. Primũ ptꝫ q: amnõ ⁊ tha mar erãt ꝑſone libere nullo vinculo mr̃imoniali alliga te: nõ ſolũ ꝑ mr̃imoniũ cõſũ mationẽ: ſꝫ nec etiã ꝑ affida tionẽ. Lex aũt nõ ĩponit pe nã mort' talib⁹. vñ Deut. xxij. c. vbi pena mort' infligi tur virgini deflorate in do mo paterna: lex illa loquit de virgine alteri affidata: ſi cut ibidem diffuſius fuit de claratũ. Silr̃ ſecũdũ ptꝫ: q: illa violentia ⁊ totũ factum erat occultũ: nec poterat de floratio ⁊ violẽtia ꝓbari: ni ſi ꝑ querimoniã ipſius tha mar ⁊ ſui corꝑis oſtenſionẽ qd̃ ipſa nõ fecit ĩmo ſimplr̃ tacuit: ⁊ d̃ ꝯſilio frĩs ſui ab ſalõ: vt ptꝫ ĩ lr̃a: ⁊ iõ dauid nõ habebat viã interficiẽdi amnõ iuſte: tenẽdũ eſt tñ ꝙ alit corripuit eũ ſecrete: licꝫ nõ ſit ſcp̃tũ: ĩ tali aũt corecti one debet expectari oportu nũ tp̃s: ⁊ alie circũſtãtie: ⁊ ſic intelligit qd̃ hic d̃r: No luit cõtri. ſpm̃ ⁊c. ſ. ꝓ tũc q: erat debilis ⁊ infirm⁹ et dolẽs de facto: qd̃ ptꝫ ex h̃ ꝙ habebat thamar odio: q: ⁊ ſi nõ dolebat rõne culpe: dolebat

dolebat tñ rõne leſiõis incurſe: vt p̃dictũ ẽ. Si aũt querat q̃ re d̃ nõ coegit amnõ ad accipiẽdũ thamar vxorẽ: ptꝫ reſpon ſio: q: ꝓpter odiũ ꝯ eã ꝯceptũ ꝓbabile erat ꝙ interfeciſſet eã. h ¶ Porro nõ ẽ lo. Hic ꝯñr deſcribit cõceptio rãcoris: q: abſalon iſtã iniuriã ſibi ⁊ ſorori factã tenuit in corde ſuo clau ſam: ⁊ iõ magis fuit rãcor odij augmẽtat⁹ q̃ ſi ꝑ aliq̃ facta vel ſigna exteriora fuiſſet extra ꝓpalat⁹: q: virtus vnita fortior ẽ ſeipſa diſꝑſa. i ¶ Factũ ẽ aũt. Hic ꝯñr ponit p̃dicte iniu rie vindicatio: mõ tñ ꝓditorio: q: abſalõ vocauit amnõ ad prã diũ q̃ſi factũ eẽt totalit oblitũ: ⁊ tũc ĩterfecit eũ. Et pꝫ lr̃a pau cis exceptis q̃ diſcurrent. k ¶ Ut ton. oues ab. tũc enĩ fa ciebãt antiquit⁹ magna cõui uia ĩ memoriã p̃riarcharũ q̃ fuerũt paſtores ouiuꝫ. vt hr̃ Gen. xlvij. l ¶ Cũ aũt co ge. eũ. i. obnixe rogaret pa trẽ ſuũ. m ¶ Et noluiſſet ire bñdixit ei. imp̃cãdo bo na ſibi abſalõ: ⁊ amicabilit ſe excuſando. n ¶ Si non vis ve. in ꝑſona ꝓpria. o ¶ Ueniat obſe. nobi. ⁊c. q̃ rep̃ſentat ꝑſonã tuã tã q̃ primogenitus. p ¶ Ob ſeruate cuꝫ temu. fuerit ⁊c. q: tũc nõ poterit ſibi p̃ca uere. q ¶ Nolite timere ego ſũ q̃ p̃cipio. q. d. factũ ſuꝑ me accipio: ⁊ vos deſen dã. Unde credendũ eſt ꝙ ab ſalon fugiẽs duxit eos ſecũ. r ¶ Aſcenderũt ſin. mu. ſuas. licet enĩ eſſet ꝓhibitũ filijs iſrl̃ ne facerẽt cõmiſce ri anĩalia diuerſe ſpeciei: vt habet Leui. xix. tamẽ pote rãt vti animalib⁹ ex tali com mixtione generat' cuiuſmo di ſũt mule. s ¶ Fama ꝑ uenit ad dauid. q: de tali facto fama cito volat. t ¶ Percuſſit abſalõ ⁊c. q: in talib⁹ plus cõiter dicit in p̃cipio q̃ ſit in veritate.

* ſequit

* h ¶ Porro non eſt lo cutus abſalõ ad amnõ nec malũ nec bo. Per ab ſalon qui illatã iniuriam ſue ſorori falſo diſſimulauit: ⁊ cũ hoc amnon ad ꝯuiuiũ inuitã do cũ eo amicitiã ſimulauit: ſignificat quicunq̃ inſidia tor fraudulẽt⁹ vſq̃ quo vide at vindicte tp̃s. ideo dixit ſue malicie miniſtris. p ¶ Ob ſeruate cũ temulẽtus fu erit amnon vino ⁊ dixe. vo. ⁊c. licet enĩ amnon mor tẽ meruiſſet nõ tñ erat infe renda per eũ nec ꝑ taleꝫ mo dum proditoriũ. ¶ Aliter ꝑ abſalon qui interpretat pa ter amaritudinis diabolus poteſt intelligi qui menda cij pater eſt et amaritudinis peccati. Per amnon vero quilibet inſolens quem ĩni tat primo diabolus ad con uiuium gule ⁊ inde pertra hit ipſum ad peccatum luxu rie: quia ſicut dicit Hiero. Uẽter et genitalia ſunt mẽ bra ꝓpinqua: ⁊ ex vicinita te mẽbrorũ deſignat ꝓpinq̃ tas vitiorꝝ: ⁊ ſic diabol⁹ ip̃m iugulat morte culpe ⁊ poſtea ꝑtrahit ad mortẽ gehenne.

a Et exoſam eaꝫ habuit odio magno nimis: ita vt a
mai⁹ eſſet odiũ q̃ oderat eã, amore quo añ dilexe
rat. Dixitq̃ ei amnõ: Surge ⁊ vade. Que rñdit
ei: Mai⁹ ẽ h̃ malũ qd̃ nũc agis aduerſũ me q̃ qd̃ b
ante feciſti expellẽs me. Et noluit audire eã: ſꝫ vo
cato puero q̃ miniſtrabat ei, dixit: Ejce hãc a me
foras: ⁊ claude oſtiũ poſt eã. Que induta erat ta c
lari tunica: huiuſcemodi enĩ filie reg' virgines ve
ſtib⁹ vtebãt. Eiecit itaq̃ eã miniſter illius foras:
clauſitq̃ fores poſt eã. Que aſꝑgẽs cinerẽ capi d
ti ſuo: ſciſſa talari tunica: ĩpoſitiſq̃ manib⁹ ſuꝑ ca
put ſuũ: ibat ingrediẽs ⁊ clamãs. Dixit aũt ei ab
ſalõ frater ſuus: Nũq̇d amnon frater tu⁹ ꝯcubuit
tecũ: Sꝫ nunc ſoror tace: frater tu⁹ eſt: neq̃ affli
gas cor tuũ ꝓ hac re. Mãſit itaq̃ thamar cõta e
beſcẽs ĩ domo abſalõ frĩs ſui. Cũ aũt audiſſet rex f
dauid v̓ba hec: ꝯtriſtat⁹ eſt valde: ⁊ noluit ꝯtriſta g
re ſpm̃ amnon filij ſui: qm̃ diligebat eũ: q: primo
genit⁹ erat ei. Porro nõ ẽ locutus abſalõ ad am h
non, nec malũ nec bonũ. Oderat enĩ abſalõ am
non: eo ꝙ violaſſet thamar ſororẽ ſuã. Factũ eſt i
autẽ poſt tempus biennij: vt tonderent oues ab k
ſalon ĩ balaſor que eſt iuxta ephraim. Et vocauit
abſalõ oẽs filios regis. Uenitq̃ ad regẽ: ⁊ ait ad
eũ: Ecce tondent oues ſerui tui: Ueniat oro rex
cũ ſeruis ſuis ad ſuũ ſuũ. Dixitq̃ rex ad abſalõ:
Noli fili mi: noli rogare vt veniam⁹ oẽs: et graue
mus te. Cũ aũt cogeret eũ ⁊ noluiſſet ire: benedi l m
xit ei. Et ait abſalon: Si non vis venire: veniat n o
obſecro nobiſcum ſaltem amnon frater me⁹. Di
xitq̃ ad eũ rex: Nõ ẽ neceſſe vt vadat tecũ. Coe
git itaq̃ eũ abſalõ: ⁊ dimiſit cũ eo amnõ: ⁊ vniuer
ſos filios reg'. Feceratq̃ abſalõ cõuiuiũ q̃ſi ꝯui
uiũ reg'. Preceꝑat aũt abſalõ puer' ſuis dicẽs:
Obſeruate cũ temulẽt⁹ fuerit amnõ vino: ⁊ dixe p
ro vob: ꝑcutite eũ ⁊ interficite: nolite timere. Ego q
enĩ ſũ q̃ p̃cipio vobis. Roboramini: ⁊ eſtote viri
fortes. Fecerũt ergo pueri abſalon aduerſuꝫ am
non ſicut p̃ceꝑat illis abſalõ. Surgẽteſq̃ omes
filij reg', aſcẽderũt ſinguli mulas ſuas ⁊ fugerũt. r
Cũq̃ adhuc ꝑgerent in itinere. Fama ꝑuenit ad s
dauid dicẽs: Percuſſit abſalon omnes filios re t
gis: ⁊ nõ remãſit ex eis ſaltẽ vnus. Surrexit ita
q̃ rex dauid: ⁊ ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ cecidit ſuꝑ
terrã. Et oẽs ſerui ei⁹ qui aſſiſtebãt ei: ſciderũt ve
ſtimẽta ſua. Reſpõdẽs aũt ionadab fili⁹ ſemmaa
fratris dauid, dixit: Ne eſtimet dominus me⁹ rex

a ¶ Ptolomai. Hic fuit pr̃ maacha mr̃is abſalõ. quã dicũt hebrei dauid in ꝑlio cepiſſe: ⁊ ceſarie ⁊ vnguib⁹ ꝓciſis: ſm̃ le/ gẽ in vxorẽ ſibi ſociaſſe: ⁊ ex ea generaſſe thamar ⁊ abſalon.
b ¶ Ceſſauitq; ⁊c. In hebreo: Ceſſauit rex exire poſt abſa/ lõ. Perhibet̃ em̃ dauid exire voluiſſe poſt abſalõ vt reuoca/ ret eũ: ſ; putãs q2 q̃tiẽs eũ vi/ deret: mortẽ amnõ ad mẽoriã reduceret: ceſſauit exire.

Intelli/ges ⁊c. ¶ Ca. XIIII c ¶ Et ãcil/ le tue ⁊c. Aiũt hebrei hac mulierẽ vere duos filios habuiſſe: ⁊ ꝓ hereditate certaſ/ ſe: ⁊ alteꝝ ab altero iterẽptũ. mlier tñ ſe in ꝑſona dauid po ſuit ⁊ filios in ꝑſona amnõ et abſalõ. cognationẽ xᷓo q̃ con/ ſurgit ꝯ filiũ in ꝑſona alioꝝ fi liorꝝ dauid.

## Nico. de lyra

Sequit̃: a ¶ Amnõ ſo lus mortu⁹ ẽ ⁊c. Ex h̃ dicũt aliq̃ ꝙ iſte ionadab erat nathã ꝓpha: ⁊ ꝙ erat binomi⁹: dicẽ/ tes ꝙ ſpũ ꝓphetico ſciuit ſolũ amnon mortuũ: q2 cũ eſſet ab/ ſens: via hũana ſcire nõ potu/ it. S; iſtud dictũ pt; falſum: ꝑ illud ꝙ iſte ionadab dederat amnõ peſſimũ ꝯſiliũ de ſorore ſua deflorãda: vt pt; ꝑ ꝑdicta. qð nll'o mõ feciſſet ꝓpha dñi. qð ĝ dixit: Amnõ ſol⁹ mor/ tuus ẽ. h̃ nõ dixit certitudina lit̃: ſ; ꝯiecturalit̃ tm̃: eo ꝙ no/ uerat odiũ abſalõ ꝯ amnon: ⁊ cã; odij: vt pt; ex ꝑdictꝭ. Cete ra patẽt vſq; ibi: b ¶ Por/ ro abſalõ fugiẽs ⁊c. q2 atti nebat ei ex ꝑte mr̃is. erat enĩ pr̃ maacha mr̃is abſalõ: vt ha bet̃ ex ſupᵽdictꝭ. iij. ca. c ¶ Lu xit ĝ dauid ⁊c. magꝭ ꝓ mor/ te ſpirituali q̃; corporali: eo ꝙ fuerat occiſus actu ebrius.
d ¶ Ceſſauitq; rex ⁊c. eo ꝙ reuoluerat in aĩo amnõ flagi/ tiũ ⁊ ſic iuſto dei iudicio eũ fu/ iſſe occiſum. ⁊ hoc ẽ qð ſb̃dit̃: Eo ꝙ ꝯſolatus ẽ ſuꝑ am/ non interitu.
¶ In ca. xiiij. vbi dr̃ in po/ ſtilla: Ceſſauitq; rex dauid ꝑſe qui abſalon ⁊c.

**Additio.** Ubi in trãſ latione nr̃a hr̃: Et ceſſauit dauid rex: ĩ he/ breo ẽ q̃ddã ṽbũ equocũ: qð vno mõ idẽ ſignificat qð ceſſa re vl' ꝯſũmare. Alio mõ ſignifi cat idẽ qð deſiderare ſeu cõcu piſcere. vñ vt videt̃ in ſcða ſi/ gnificatiõe poſſet ꝓpri⁹ ĩtelli/ gi. Nã dauid nunq̃; ĩchoauit nec incepit ꝑſeq̃ abſalõ: vt pt; ex dictꝭ in h̃ ca. ⁊ iõ ĩpropẽ di/ ceret̃: Ceſſauit a ꝑſecutione. Silr̃ vbi trãſlatio nr̃a h; ꝑſeq̃ abſalon: in hebreo hr̃: vt egre deret̃ ad abſalõ: Cui⁹ ſenſus ẽ ꝙ dauid deſiderabat ſeu cõcupiſcebat egredi ad recipiẽdũ ab ſalõ: eo ꝙ ꝯſolat⁹ eſſet ⁊c. Et h̃ ſenſus magꝭ cõſonat cũ ĩmedi ate ſeq̃nti: vbi dr̃: Cognouit ioab ꝙ cor regis eſſet verſum ad abſalõ ꝙ ſonat idẽ qð egredi ad recipiendũ eũ. Scðm em̃ pri mã ſignificationẽ q̃ dicit eũ ſolũ ceſſare a ꝑſecutiõe: nõ ita ꝑfe cte ĩtelligeret̃ cor regis eẽ verſum ad abſalõ: ſ; ſolũ ꝙ ceſſaret a perſecutione eius ⁊c.

**Replica.** In ca. xiiij. notat Bur. nr̃a; trãſlationẽ ſic̃ ⁊ poſtil. facit iu tractatu ſuo de differẽtia trãſ/ latiõis nr̃e ⁊ hebraice ṽitatꝭ. Rñdeat h̃ btũs Hiero. ꝑ q̃ nõ re cipio luctamẽ: ſed ſolũ ꝓ poſtillatore. Luctas em̃ bti Hiero. ⁊ nr̃e trãſlatiõis ꝑ ecclia; recepte defendit ſemetipã;. ¶ Ca. XIII

ꝙ oẽs pueri filij regꝭ occiſi ſint. Amnon ſol⁹ a
mortu⁹ ẽ: qm̃ ĩ odio abſalõ erat poſit⁹: ex die
q̃ opp̃ſſit thamar ſororẽ ei⁹. Nũc ĝ ne ponat
dñs me⁹ rex ſuꝑ cor ſuũ verbũ iſtud/ dicens:
Oẽs filij regis occiſi ſunt: qm̃ amnon ſolus
mortu⁹ eſt. Fugit ãt abſalõ. Et eleuauit pu/
er ſpeculator oculos ſuos et aſpexit: et ecce
ppl's multus veniebat ꝑ iter deuiũ ex latere
mõtis. Dixit ãt ionadab ad regẽ: Ecce filij
regis adſunt: iuxta ṽbũ ſerui tui ſic factu; ẽ.
Cũq; ceſſaſſet loq̃/ apparuerũt ⁊ filij regꝭ. Et i
trãtes leuauerũt vocẽ ſuã ⁊ fleuerũt. S; ⁊ rex
⁊ oẽs ſerui ei⁹ fleuerũt ploratu magno nimis.
a †Porro abſalõ fugiẽs abijt ad ptolomai fi/ b
liũ ãmiur regẽ geſſur. Luxit ĝ dauid filiũ ſuũ c
amnõ multꝭ dieb⁹. Abſalõ aũt cũ fugiſſet ⁊
a ¶ q2 ceſſauit exire poſt abſalõ: vel q2 nouerat amnon fla/ gitioſum ⁊ morte dignum.
b veniſſet in geſſur: fuit ibi trib⁹ ãniſ. Ceſſauit/ d
q; dauid rex ꝑſeq̃ abſalõ: eo ꝙ ꝯſolat⁹ eſſet ſu
per amnõ interitu. ¶ Ca. XIIII
a ¶ q2 vidit eũ ꝓ abſalon ſuſpiraſſe.
Intelligẽs aũt ioab fili⁹ ſaruię ꝙ cor e
a ¶ de q̃ fuit amos ꝓpha: cuius hec vidua puta/ tur fuiſſe auia.
regis ṽſu; eſſet ad abſalõ: miſit thecuã ⁊ tu/ f g
lit inde mulierẽ ſapientẽ/ dixitq; ad eã: Luge h
re te ſimula: ⁊ ĩduere veſte lugubri: ⁊ ne vn/
garis oleo vt ſis q̃ſi mulier plurimo iã tꝑe lu
gẽs mortuũ. Et igredierꝭ ad regẽ: ⁊ loq̃rꝭ ad
eũ ſermões huiuſcemõi. Poſuit ãt ioab ṽba
in ore ei⁹. Itaq; cũ igreſſa fuiſſet mulier the/
cuites ad regẽ: cecidit corã eo ſuꝑ terrã: ⁊ ad i
orauit ⁊ dixit: † Serua me rex/ ⁊ ait ad eã rex: k
Quid cauſę habes: Quę rñdit: Heu mulier l
c vidua ego ſum. Mortuus ẽ em̃ vir meus et m
ancillę tuę erãt duo filij q̃ rixati ſunt aduer/
✻ a ¶ Factū eſt aūt. Hic ꝯñr po/ niť q̄druplex bellū. ꝛ p̄mo oſtēdiť qua liter dñs ꝓtexit dauid in illis piculis. ſcđo g̃rarumactio reddiť ꝓ his ꝛ alijs bñficijs ca. xxij. Circa p̄mū dꝛ: Factū eſt aūt rurſuȝ ꝛc̄. Dicūt aliq̄ ꝙ iſtud acciderat ante famē p̄dictaȝ: q: iā ante in pſecutiōe abſalon ſerui dauid nō p/ miſerāt ip̄m ire cū alijs ad p̄liū: vt ha/ beť. ſ. ca. xviij. ſed hoc nō videť vex p hoc qđ diciť hic: Poſt hec ꝛc̄. ꝛ ſic vi/ deť referri ad factū narratū añ īmedia te. aliť nō habereť aliq̄d certū ad qđ re ferreť. Preterea iſtud bellū videť ꝯti giſſe q̄ñ vires dauid iā debilitate erāt ex ſenectute vt oſtēdūt circūſtantie lr̄e. Necvalet iſtud qđ induciť de bello ꝯtra abſa lon. Qr enī ſerui dauid non pmiſerūt ip̄m ire ad p̄eliū fuit ex cauſa ſpeciali. ſ. q: dauid p̄ncipaliter ꝛ ſingulariter q̄ſi ad moꝛ tē q̄rebať: vt patȝ ibidē. ꝛ ca. xvij. Dixit achitophel de dauid: Unū enī virū tu q̄ris ꝛc̄. et iō illud īpedimētū fuit ſingulare. Sed ī iſto bello vidētes ſerui dauid ip̄m viribus debilitatū: oꝛdinauerūt ꝛ iuramēto firmauerūt ꝙ de cetero nō iret ad p̄/ liū in ꝓpꝛia pſona. b ¶ Ieſbidenob. Dicūt aliqui ꝙ ſunt tres dictiones: ita ꝙ deeſt p̄poſitio/ ꝛ nob nomē loci: ſed patȝ hoc falſum. Tū q: iſte nō fuit de nob/ ſed de geth: vt ptȝ in fi/ ne hui⁹ ca. Tū q: in hebꝛeo li de nō pōt eſſe p̄poſitio: ꝛ iō to/ tū eſt vna dictio. c ¶ De genere arapha. i. gigāteo: vt di/ cūt hebꝛei. d ¶ Et accict⁹ erat en. no. In hebꝛeo hr̄: Et ac cinctuſ erat de nouo. ita ꝙ li enſe nō eſt de textu. Dicūt enī he bꝛei ꝛ eſt veriſiľe ꝙ illa die fuerat fact⁹ miles de nouo. ꝛ iđo nitebať facere ꝓbitatē euidētē in pcuſſione regis. Cetera pa/ tēt ex dict'. e ¶ Scđm bel. ꝛc̄. Ii ſcđm nō ſignificat hic oꝛdinē tp̄is: q: h̄ mō nō narranť hic iſta bella: qđ ptȝ ex h̄ ꝙ illud bellū qđ dꝛ hic t̄tiū fuit ſimpľr pꝛimū: vt patebit. illđ aūt qđ dꝛ hic p̄mū fuit ſimpľr vltimū: q: poſt illud dđ non iuit ad p̄liū. Narrať tñ hic p̄mo ꝓpť ꝯtinuationē ad p̄cedētia īmediate: q: ꝯtigit poſt famē ſu pꝛadictā in ſenectute dđ: ꝛ iō nō eſt h̄ oꝛ/ do tp̄is/ ſȝ narratiōis: q: iſtud bellū īme/ diate narrať poſt p̄cedēs. ꝛ ita dicēdū de alijs ſeq̄ntib⁹. f ¶ Tūc p. ſo. Nomē ē ꝓpꝛiū militis. g ¶ De vſathi. i. de tali loco. h ¶ Zephi. Als çiph nomē eſt gi gātis ab eo pcuſſi. i ¶ Tertiū quoq̄ꝫ fuit bellū in gob cōtra philiſteos. Iſtud fuit bellu in q̊ dauid iterfecit goli/ ath: vt ptȝ ex ſeq̄ntib⁹: ꝓpť qđ dicēdū qđ gob eſt nomē loci ſpecialis q̄ erat in val/ le terebinthi in q̄ fuit illud bellū: ſicut hr̄ . ſ. li. j. ca. xvij. ſicut in valle ſueſſionenſi ſūt multa loca pticularia. ꝛ ſic iſtud bellū qđ fuit in gob tanq̄ꝫ in loco pticulari. fuit etiā in valle terebinthi ſicut loco cōi. † I. re. 17. a k ¶ In q̊ p. adeo. i. dauid q̄ fuit a deo elect⁹ ꝛ dat⁹ ad regimē ppľi: vt ptȝ ex di/ ctis. ſ. j. li. xvj. ca. l ¶ Fili⁹ ſal. Quia lō go tp̄e habitauit in nemoꝛib⁹ fugiēs a fa/ cie ſaul: vt patȝ ex p̄dictis. ſ. j. li. ca. xxiij. m ¶ Polymitari⁹. q: deſcēdit de gene re beçeleel q̄ fuit p̄ncipaľ ī op̄e polymita/ rio tabnacľi: vt hr̄ Exo. xxxj. n ¶ Beth/ leemites. Quia ibi fuit natus: vt ptȝ ex dictis. ſ. li. j. ca. xvj. o ¶ Goliath ge. D tū q̊ pugnauit dauid ad ſingulare certa mē: ꝛ ex h̄ pȝ qđ dictū ē. ſ. ꝙ iſtud bellū oꝛ dine tp̄is fuit p̄mū: q: añ bellū illđ nō fu it dđ in aliq̄ bello: īmo domi remanſerat alijs fratrib⁹ ſuis ad bellū poſt ſaul eūti/ bus tāq̄ꝫ nimis iuuenis. p ¶ Quartū bel. ꝛc̄. In q̊ fuit vir excelſus. i. magnitu dine excedēs cōmunē ſtaturam hoīm. q ¶ Qui ſenos in ꝛc̄. Hoc poniť ad oñdēdū ꝙ ſicut erat exceſſiue magnitudi nis: ita etiā erat terribiľ in alijs. r ¶ Et blaſ. iſrľ. i. vitupauit ꝓuocādo eos ad p̄ liū: ſic de golia dꝛ. ſ. j. li. xvij. ca.

✻ indiſcretione. a ¶ Poſt hec factū eſt aūt rurſum p̄eliū philiſtinoꝝ. Moraliter Hic deſcribunť q̄ttuoꝛ bella dauid ꝛ ſer uoꝝ ei⁹ ꝯ aduerſarios: p q̄ ſignificanť q̄t tuoꝛ bella xp̄ianoꝛuȝ ꝯ infideles ꝛ iniq̄s. Primū fuit ꝯtra p̄ncipes iudeoꝝ. Scđȝ ꝯtra īperatoꝛes romanoꝝ. Tertiū cōtra ꝯſutias hereticoꝝ in q̄b⁹ habuerūt victo riā p patiētiā: ſapiētiā ꝛ opationē miracu loꝝ. Quartū bellū erit ꝯtra antixp̄ȝ de q̄ victoꝛia habebiť p ieſum xp̄m. Naȝ ip̄m interficiet ſp̄ū oꝛis ſui ꝛ deſtruet illuſtra tione aduentus ſui: vt dicitur. ij. Theſſa lo. ij. ¶ Ca. XXII

Ocut⁹ eſt aūt da. ꝛc̄. Poſt liberatiōeȝ dauid a pi culis. Hic ꝯñr poniť cāticū g̃rarūactiōis. ꝛ p̄mo po/ niť g̃rarūactio ꝓ p̄teritis. ſcđo vaticinatio de futur' Diuiſio ✻ ca. xxiij.

Moraliter. s ¶ Locutus eſt aūt dauid dño verba Moraliter car. hui⁹. Dauid figura xp̄i fuit. ꝓpter qđ xp̄s dauid noīať Oſee. iij. vbi diciť: Et querēt dñm deū ſuū ꝛ dauid regē ſuū. Et trāſlatio chaldaica ſic habet: Et obediēt dauid meſſie ſuo. Propter qđ iſte pſ. exponiť myſtice de chꝛiſto hoīe qui libe/ ratus fuit ab aduerſarijs ſuis in ſua reſurrectiōe. ꝓpter quod tunc dixit Matth. vlti. d. Data eſt mihi omnis poteſtas in ce lo ꝛ in terra. igitur in eius perſona dicitur:



✻ Dñs pe

E G Secũdo loquit̃ eccl'ia que ante aduentũ dñi innumeras ptu-
lit calamitates. Poſteaq̧ miſert⁹ deus medicinã ſancte icar-
nationis indulſit: ⁊ baptiſmatis bñficio xp̄ianũ pplm de or-
bis vniuerſitate collegit/ibi: Deus q̃ accinxit me v̄tute. Ter
tio mire miſericordie vox ſaluatoris illabit̃: vbi pulcherrimis
alluſionib⁹ virtus ei⁹ deſcribit̃/ibi: Vi
uit dñs: ⁊ bñdictus deus meus. Quar
to iterum eccleſie catholice dicta profe-
runtur: et cum magna exultatione diui
nitatis conceſſa munera laudantur.

¶ anticipatio.
a v̄ba carmis hui⁹/ i die q̃ libe-
rauit eũ dñs de manu oim in
b imicox ſuox ⁊ de manu ſaul.
c d Et ait dñſ petra mea/ ⁊ robur
meũ: ⁊ ſaluator me⁹. De⁹ dñſ †
fortis meus: ⁊ ſperabo in eũ.
e f † Scutũ meũ ⁊ cornu ſalutis
g mee: eleuator me⁹: et refugiũ
meũ: ſaluator me⁹: de iniq̄ta- †
h te liberabis me. Laudabilem
i iuocabo dñm: et ab inimicis
k meis ſaluus ero. Quia circũ
dederũt me cõtritiões mortl:
l torrẽtes belial terruerũt me.
m Funes iferi circũdedert̃ me:
n p̄uenerũt me laquei mortis.
o In tribulatiõe mea iuocabo
dñ: ⁊ ad deũ meũ clamabo.
a ¶ templũ dei filius dei.
p Et exaudiet de tẽplõ ſancto
ſuo vocem meã: ⁊ clamor me
q us veniet ad aures ei⁹. Com-
¶ peccatores.
mota eſt et contremuit terra:
¶ ſpes. ¶ ſuperborũ.
et fundamẽta montiũ cõcuſ- †
ſa ſunt et conquaſſata: quo-
a ¶ recognouerũt iram dei.
niã irat⁹ eſt eis dñs. Aſcẽdet r
a ¶ compunctio penitentiũ.
fumus de naribus eius: ⁊ ig- s
a ¶ corda hoim inflãmata a ſpũſctõ.
nis de ore eius volauit: car-
bones ſuccẽſi ſunt ab eo: Et
a ¶ apl'os aduẽtus ſui nuncios miſit.
b ¶ formã ſerui ſuſcepit.
inclinauit cęlos ⁊ deſcẽndit: t
et caligo ſub pedibus eius. v
a ¶ plenitudinẽ ſciẽtie.
Et aſcẽdit ſup cherubin ⁊ vo x
a ¶ ſcientiã ſanctox.
lauit: ⁊ lapſus eſt ſup pẽnas

Nico. de ly. G Ceruis.

✱ ca. xxiij. Circa p̄mũ p̄mittit̃ q̃dã pre
fatio. ſcd̃o ſubdit̃ grãrũactio/ibi: Dñs
petra mea. Circa primũ dicit̃: Locut⁹
eſt aũt dauid do. ver. car. hu. ſ. qd̃
Pſ. 17. a ſequit̃ poſtea. Et d̃r carmẽ: q: pſalmus
iſte in hebreo cõpoſitus eſt metrice: ⁊ p
modũ laudis diuine. a ¶ In die q̃ li
be. eũ dñs ⁊c̃. Ex quo pꝫ ꝙ iſte pſal-
mus fuit factus a dauid poſt oẽs pſecu
tiones ei⁹ ⁊ ſedatis aduerſarijs ipo exi
ſtente inq̃ete ꝯtẽplatiõis. b ¶ Et de
manu ſaul. iſta pſecutio ſpecialiter ex
primit̃: q: fuit diuturnior alijs ⁊ pericu
Diuiſio loſior. c ¶ Dñs petra me. Hic ꝯñr
ponit̃ canticũ ꝓ grãrũactione: vbi pri-
mo ponit̃ cantici narratio. ⁊ ſcd̃o inten
ta ꝯcluſio/ibi: Viuit dñs. Canticũ aũt
iſtud factũ fuit a dauid ꝓ ſua liberatio-
ne a periculis multis: vt pꝫ ex dictis: ⁊
ideo p̄mo exp̄mit̃ dei ipm liberãtis effi-
cacia. ſcd̃o ſue liberatiõis materia/ibi:
Saluator me⁹. tertio mod⁹ ſiue forma/
Diuiſio ibi: Miſit de excelſo. Circa p̄mũ dicit̃:
Dñs petra mea. i. fundamẽtũ me ſta
biliens contra multiplices impulſus.
d ¶ Et robur meũ. me fortificãs con
F tra hoſtiles iſult⁹. e ¶ Scutũ meũ.
muniẽs me ꝯtra hoſtiũ ictus. f ¶ Et
cornu ſa. mee. repellẽs ⁊ deijciẽs ad-
uerſariorũ incurſus. g ¶ Saluator
me⁹. Hic ꝯñr exp̄mit̃ materia huius li
birationis: videlꝫ multa mala ⁊ pericu
la de q̃bus liberat⁹ fuit virtute diuina.
Circa qd̃ p̄mo deſcribit̃ ſua liberatio.
ſcd̃o ſubdit̃ liberatio ppl'i de egypto q̃
ſi ꝓ exemplo/ibi: Cõmota eſt. Circa ea
q̃ ſunt dicẽda in hoc cantico: cõſideran
dum ꝙ factũ fuit metrice: vt dictũ eſt: ⁊
ideo rõne metri hic ponunt̃ aliq̃ modi
loquẽdi qui nõ ponunt̃ cõiter in orõne
ꝓſaica: q: frequẽter accipit p̄teritũ pro
p̄ſenti vl' futuro ⁊ ecõuerſo: ⁊ aliq̃n de
figuratiua locutione tranſit ad planã ⁊
ecõuerſo. Dicit igit̃: Saluator me⁹ de
iniq̃tate liberabis me. i. liberaſti. Et no
tat̃ hic iniq̃tas dauid in facto berſabee
de qua fuit liberat⁹ q̄ꝫtum ad culpã per
verã cõtritionẽ ⁊ cõfeſſionẽ: ⁊ q̄ꝫtuꝫ ad
penã p diuinã vltionẽ: vt paꝫ ex ſupra
dictis. h ¶ Laudabilẽ inuo. dñm.
. i. dignũ omi laude. i ¶ Et ab ini. me. ſal. ero. ſ. ab inimi-
cis inuiſibilib⁹ qui ſunt maligni ſpũs ſicut iam liberatus ſum
ab inimicis viſibilib⁹. k ¶ Quia circũde. me ⁊c̃. poſt ma-
la ſpũalia a q̃b⁹ liberat⁹ fuit: enarrat corpalia ex pſecutiõe ſau
lis: in hoc qd̃ d̃r: Circũdederũt me: q: ſaul ⁊ viri eius cin-
gebãt dauid in modũ corone: ita ꝙ dauid deſperabat ſe poſſe
euadere: vt habet̃. s̃. li. j. xxiij. ca. l ¶ Torrẽtes be. i. impe-
tus pſecutionis ſaul. q̃ erat abſq̧ iugo diſcipline ⁊ legis diui-
ne. m ¶ Funes infer. In hebreo habet̃: Societates infer
ni. i. demones incitãtes ſaulẽ ad me pſequẽdũ. n ¶ Preue
nerũt me la. mor. ſcꝫ Ziphei: ⁊ alij inſidiatores q̃ q̃rebant
tẽpus ⁊ locũ quomõ dauid caperet̃: vt habet̃. s̃. j. lib. xxiij. ca.
o ¶ In tribula. mea inuo. dñm. i. inuocaui. p ¶ Et ex
audiet de tẽ. i. de celo qd̃ eſt templũ gl'ie ſue. q ¶ Cõmo-
ta eſt. Hic inducit exemplũ de liberatiõe ppl'i iſrl' de egypto:
vt dicit Ra. Sa. q: modus fuit hebreox in liberatiõibus pti
cularibus facere mentionẽ de liberatiõe egyptiaca q̃ fuit ge- G
neralis toti ppl'o: vt pꝫ in plurib⁹ locis ſacre ſcripture. Dicit
igit̃: Cõmota eſt ⁊ cõtre. ter. q: ꝓpt̃ plagas inflictas egy
pto a dño oẽs habitãtes terrã egypti fuerũt cõmoti ⁊ cõterri
ti: vt habet̃ in Exo. ſ. o. Et etiã ad litterã iter plagas illas egy-
pti fuerũt facte coruſcationes et tonitrua
horribilia: vt habet̃ Exo. viij. ita ꝙ vide-
bat̃ tremere tota terra: ⁊ mõtiũ fundamẽ
ta cõmoueri. r ¶ Aſcendit fu. de na.
ei⁹. loquit̃ de deo more hoĩs irati de cui⁹
narib⁹ exit fum⁹: q: ira eſt accẽſio ſangui-
nis circa cor. ⁊ inde aſcẽdũt ſpiritus ad ſu
periora: ⁊ id̃ ira maxime apparet in facie:
vt in oculis ⁊ naribus. Sciendũ tñ ꝙ ira
⁊ alie paſſiões in deo nõ habẽt locũ: niſi
ſ̃m quendã modũ. Dicit̃ enĩ deus iraſci
q̃n punit pctõres: q: ad modũ hoĩs irati
ſe habet. s ¶ Et ignis de ore ei⁹ vo.
q: ignis grãdo mixta pariter ferebant̃ ad
punitionẽ egyptiox: vt habet̃ Exo. ix. e.
Et dicit̃ hic ꝓceſſiſſe de ore dei: q: de vo-
lũtate ⁊ p̄cepto eius fiebat talis punitio.
t ¶ Et inclinauit ce. ⁊ deſcẽ. nõ p loci
mutationẽ ſed p effect⁹ exhibitionẽ. ſcꝫ ad
punitionẽ egyptiox ⁊ liberationẽ hebre-
orũ. v ¶ Et caligo ſub pe. ei⁹: q: fe-
cit tenebras palpabiles tribus dieb⁹. in
egypto: vt h̃r Exo. x. x ¶ Et aſcẽdit ⁊c̃
Per h̃ deſignat̃ velocitas diuini ſubſidij
ad liberationẽ ppl'i de egypto: q: oẽs fili
os iſrl' eadẽ die ſimul eduxit. cũ tñ eſſent
in numero maximo: vt habet̃ Exodi. xij.
✱ Poſuit tene.
✱ c ¶ Dñs petra mea. i. fundamen- Mor.
tũ meũ. nã humana xp̄i natura in diuino
ſuppoſito ſuſtẽtabat̃. d ¶ Et ro. meũ.
Nam opa miraculoſa fecit v̄tute diuina.
† ¶ Et ſal. me⁹ deus me⁹ ⁊c̃. Hec ver
ba ſunt xp̄i ſ̃m ꝙ hõ. ſic enĩ minor eſt pa- b
tre: ⁊ ſ̃m hoc d̃r pater ⁊ ſaluator ei⁹ ⁊ de-
us eius. ⁊ hoc mõ exponat̃ in ſequẽtibus
in q̃b⁹ eſt talis loquẽdi modus. † ¶ De
iniq̄tate libe. me. i. de manib⁹ iudeorũ
q̃ dicunt̃ hic iniq̄tas ĩ abſtracto. ꝓpt̃ excel
ſuꝫ malignitat' eox. m ¶ Circũde. me
⁊c̃. i. anguſtia mee paſſiõis l ¶ Torrẽ-
tes be. i. impetus tribulatiõis a diabolo
excitati. l ¶ Terruerũt me. Sic dicit̃
Mar. xiiij. c. Cepit Jeſus pauere ⁊ tede
re. ⁊ hoc fuit ad declarandũ in eo verita-
tẽ humane nature. m ¶ Funes infer.
circũ. me ⁊c̃. Et loquit̃ de funib⁹ q̃bus
fuit ligatus p ꝓcurationẽ demonis q̃ vo-
cat̃ hic infern⁹. o ¶ In tribula. inuo.
do. Nã in anguſtia crucis orauit patrẽ/
dicẽs: Pater in man⁹ tuas cõmẽdo ſpm̃
meũ Luc. xxiij. f. p ¶ Et exaudiet de
tẽ. ſan. ſuo vo. meã. Sicut dicit Heb.
v. c. Qui in dieb⁹ carnis ſue p̄ces ſuppli
cationeſq̧ ad eũ qui poſſit illũ ſaluũ face-
re a morte cũ clamore valido ⁊ lachrymis
offerens exauditus eſt pro ſua reuerẽtia.
q ¶ Cõmota eſt ⁊ ꝯtre. ter. ſcꝫ in paſſiõe. Matth. xxvij. f.
Mota eſt terra ⁊ petre ſciſſe ſunt. † ¶ Fundamẽta mõ.
cõcuſſa ſunt ⁊ cõquaſ. q̃m irat⁹ eſt eis dñs. De⁹ enĩ in
vindictã mortis xp̄i hominis venire fecit exercitũ romanorũ
cõtra principes iudeox: qui dicunt̃ hic montes ꝓpter ſtatus
eminentiã ⁊ eorũ corda que dicunt̃ hic fundamẽta. concuſſa
fuerunt timore in romanorũ aduentu: ⁊ cõquaſſata in templi
populi ⁊ ciuitatis interitu. r ¶ Aſcẽdit fumus de nari.
eius. ſcꝫ dei de quo loquit̃ ad modũ hominis irati de cui⁹ na
ribus exit fumus. s ¶ Et ignis de ore ei⁹. Nã romani ex
inſtinctu dei tẽplũ ⁊ ciuitatẽ incenderũt. t ¶ Et inclinauit
ce. ⁊ deſcẽ. Per effectũ iuſticie ſue quẽ oñdit. v ¶ Et cali
go ſub pedi. eius. Nã iudei remanentes erroris caligine
ſunt inuoluti. x ¶ Aſcendit ſup cherubin. i. ſuper apl'os
quos repleuit ſciẽtia: ꝓpter qd̃ cherubin noiant̃. † ¶ Et la
pſus es ſup pen. ven. Naꝫ xp̄s in celũ aſcẽdit velocius q̄ꝫ
✱ moueat vent⁹.

a ¶ Poſuit tene. in cir. ſuo. hoc intelligit de nube exiſtē/ te inter filios iſrl' ⁊ exercitū egyptiorū ſup mare rubrū q̄ erat obſcuriſſima ⁊ denſiſſima ex pte egyptioꝝ: ita ꝙ nō poterant accedere ad filios iſrael: vt habet Exo. xiiij. b ¶ Cribrans aquas de nu. celo. q̄ ex denſitate illius nubis fluebāt plu/ uie groſſe ad malus impedimētū egyptioꝝ: verūtñ q̄ illa nubes il luminabat noctē ex pte filioꝝ iſrl' vt ibidē dr. iō ſubdit: c ¶ Pre fulgore in cōſpe. ei⁹ nu. et q̄ ex nube illa generata fuerūt ful/ gura et tonitrua qb⁹ rote curruū ferebant in pfundū: ſicut dictuꝫ fuit ibidē. iō ſubdit: Succēſi ſunt carbones ignis ⁊c̄. d ¶ Miſit ſagit. et diſſi. eos. i. fulgura et coruſcationes qb⁹ territi dixerūt: fugiam⁹ iſraelē. dn̄s enī pugnat p eis cōtra nos: q̄ tñ ſicut ibidē dicit: fugiētib⁹ egyptijs occurre rūt aque. iō ſubdit: e ¶ Et ap/ paruerunt effu. ma. egyptios ſubmergētes. f ¶ Et reuelata ſūt fun. or. q̄ ſupficies terre q̄ erat in pfundo maris fuit diſco/ operta: ita ꝙ filij iſrl' tranſierūt p mediū maris: vt hr̄ Exo. xiiij. Di cit aūt terra q̄ eſt ſub aq̄s maris fundamētū orbis ad ſilitudinem fundamēti dom⁹ qd̄ eſt pars infe rior. Similit terra q̄ eſt in pfun/ do maris habet ſup ſe elementū aque ⁊ poſtea aeris: ⁊ pn̄ter ali/ as ptes orbis. Cōſequēter oſten/ dit a quo talis punitio egyptioꝝ facta ſit/ cuꝫ dr: Ab increpatione dn̄i ⁊c̄. g ¶ Miſit de excel. Hic deſcribit forma ſiue mod⁹ li beratiōis ipius dd: q̄ mod⁹ fact⁹ eſt v̄tute diuina. ⁊ pmo deſcribit mod⁹ ſue liberatiōis p modū eua ſiōis de manu aduerſariorū. ſcd̄o p modū inſecutōis ⁊ deſtructiōis eoꝝ/ ibi: In te enī currā accinct⁹. Prima in duas. in partē pncipa lē ⁊ incidentalē. ſcd̄a ibi: Cū ſctō. Circa pmū dicit: h ¶ Libera/ uit me. ſ. deus ſua gr̄a ⁊ virtute. i ¶ Ab inimico meo po. i. ſau le. k ¶ Et ab his q̄ ode. me. i. abſalon ⁊ ſuis ſeq̄cib⁹. l ¶ Qm̄ robu. me erāt. ⁊ ī hoc ꝯfitet dd ſe liberatū v̄tute diuina: nō ſua. m ¶ Preuenit me in die af. mee. q̄ cū deſperaret ſe nō poſſe euadere a facie ſaul: vt habet. ſ. .i. li. ca. xxiij. venit nūcius ad ſaul di. Feſtina ⁊ veni: qm̄ philiſtijm infuderūt ſe ſup terrā: qd̄ factum fuit ordinatiōe diuina: vt ſaul o/ mitteret pſequi dauid. n ¶ Et eduxit me in lati. q̄ dauid q̄ a ſaul ⁊ viris eius erat circun dat⁹ in modū corone vt ibidē dicit: recedēte ſaule liber potuit ire quo voluit. o ¶ Retribuet mi. do. ⁊c̄. Ex hoc enim ꝙ ſauli pepcit: cū tñ poſſet eū occidere: vt habet. ſ. li. i. ca. xxiiij. ⁊. xxvi. ⁊ q̄ abſalon ſe pſequētē ſaluare voluit ne in pctō mor tali moreret: put dictū fuit. ſ. ca. xviij. Ex miſcd̄ia fuit diſpoſi tus ad h̄ ꝙ de⁹ eſſet ſibi miſericors ⁊ ppiti⁹ in dando ſibi gra tiā in p̄ſenti ⁊ gloriā in futuro: ſm illud Matth. v. a. Beati miſericordes qm̄ ipi miſe. ꝯſequent. p ¶ Oia eni iudi. ei⁹ in cōſpe. meo. vt caueā ab eoꝝ trāſgreſſiōe. q ¶ Et ero pfe. co. eo. q̄ in ꝯiunctiōe ad deū per charitatē cōſiſtit eſſen tialiter pfectio vite. r ¶ Et cuſtodiā me ab iniq̄. mea. ca uendo diligēter de cetero a recidiuo. s ¶ Cū ſancto. Hec eſt pars incidētalis: q̄ dauid locut⁹ fuerat de ſua liberatione ppter ſuā innocētiā: iō hic incidētaliter oſtēdit dei miſcd̄iam ⁊ benignitatē generalr erga bonos: dicēs ipſi deo: Cū ſan/ cto ſctūs eris: q̄ ſanct⁹ te ſanctū cōfitebit a quo ſua ſancti/ tas deriuat.

a venti. Poſuit tenebras in circūitu ſuo
b latibulū: cribrās aquas de nubibus ce
c lorū. Pre fulgore in cōſpectu eius nu
bes: ſuccēſi ſunt carbones ignis. Tona †
(a ¶ apoſtolis.)
bit de celō dn̄s: et excelſus dabit vocē
(a ¶ euangeliſtas.)
d ſuam. Miſit ſagittās ſuas ⁊ diſſipauit
(¶ miracula.)
e eos/ fulgura ⁊ cōſumpſit eos. Et appa/
(a ¶ manifeſtata fides eccleſie.)
f ruerūt effuſiones maris/ et reuelata ſūt
fundamēta orbis/ ab increpatione dn̄i/
(¶ filium ſuum.)
g ab inſpiratōe ſpūs furoris eius. Miſit
(¶ vel celo. ¶ eccleſiā.)
de excelſo ⁊ aſſumpſit me/ ⁊ extraxit me
(¶ diabolo.)
h i de aquis multis. Liberauit me ab ini/
k mico meo potētiſſimo: ⁊ ab his qui ode
l rant me: quoniā robuſtiores me erant.
m Preuenit me in die afflictionis mee: ⁊
n factus eſt dn̄s firmamētū meū. Et edu
(¶ charitatē.)
xit me in latitudinē: liberauit me q̄ cō/
o placui ei. Retribuet mihi dn̄s ſm iuſti
ciā meā/ ⁊ ſm mundiciā manuū mearū
reddet mihi. Quia cuſtodiui vias dn̄i:
p ⁊ nō impie egi a deo meo. Omia eni iu
dicia eius in conſpectu meo: et p̄cepta
q eius nō amoui a me. Et ero pfectus co
r rā eo/ et cuſtodiā me ab iniq̄tate mea.
Et reſtituet mihi dn̄s ſm iuſticiā meā:
⁊ ſm mundiciā manuū mearū in cōſpe
s ctu oculorū ſuoꝝ. † Cum ſācto ſanctus
(¶ o deus.)
eris: ⁊ cū robuſto pfectus. Et cū electo t v x
(a ¶ q̄ ei nō faues: puerſus videris.)
elect⁹ eris: ⁊ cū puerſo puerteris. Et pplm y z a
(¶ vel humilē.)
paupē ſaluū facies oculiſq; tuis excel/ b
ſos hūiliab. Quia tu lucerna mea dn̄e c

tas deriuat. t ¶ Et cū robuſto. ad tolerandū aduerſa pa/ tiēter. v ¶ Perfectus. ſ. eris dādo ſibi gratiā tolerādi ad uerſa: nō ſolū patiēter: ſꝫ etiā ſuſcipiēdi gaudēter ſicut marty res gaudebāt in paſſionib⁹: qd̄ eſt maxime pfectionis in virtu te fortitudinis. x ¶ Et cū electo. ad vitā beatā ex tua libe/ ralitate. y ¶ Elect⁹ eris. q̄ eliget te oib⁹ alijs cōtēptis. z ¶ Et cū puer. puer. reddendo ei penā ſm puerſitatē ſuā: iuſte tñ ex pte tua. Vl' alit: Cū puer. puer. ſ. ſm iu/ diciū ſuū erroneū: q̄ hoīes puerſi cū ab eo puniūt iuſte: dicūt deū cū eis puerſe agere. a ¶ Et pplm pau. i. abiectū ⁊ hūilē. b ¶ Sal uū fa. ⁊c̄. q̄ ſm qd̄ dr Jaco. iiij. b De⁹ ſupbis reſiſtit: humilib⁹ autē dat gr̄am. c ¶ Quia tu lu. me. do. qd̄ pōt intelligi duplr. Lucer/ na enī eſt lumē in teſta: ⁊ iō lumen naturale intellect⁹ hūani poſitū in corpe terreo bn̄ dr lucerna dn̄i: q̄ lumē naturale rōniſ ē q̄dā impſſio diuini lūinis: ſm illd̄ pſ. iiij. b. Si gnatū eſt ſup nos lu. ⁊c̄. Itē deus p̄ſens homini p gr̄am ſuam dicit ei⁹ lucerna: q̄ oīs creatura ad deū cōparata tenebra eſt. ideo ſubdit: Et tu dn̄e moueat vent⁹.

Moraliter

a ¶ Poſuit tene. ⁊c̄. Nā ipō aſcēdēte nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ. Act. i. b. b ¶ Cribrāſ aq̄s ⁊c̄. i. aq̄s ſapiē salutares p p̄dicationē aploꝝ: q̄ di cunt nubes. Eſa. lx. b. Qui ſūt iſti q̄ vt nubes volāt. Ipſi v̄o p⁹ aſcē/ ſionē xp̄i ad p̄dicādū p orbē fuerūt diſpſi. c ¶ Pre fulgore ei⁹ ⁊c̄. ignis. Nā ad p̄dicationē aplorū fulgore miraculoꝝ ꝯfirmatā genti les q̄ erāt q̄ſi carbōes extincti p in fidelitatē: ſuccēſi ſūt ad amorē xp̄i p fidē charitate formatā. † ¶ To nabit de ce. do. Per aplos ali/ oſq; diſciplos p̄dicātes. d ¶ Mi ſit ſa. ſu. i. ſacras ſcp̄turas p p̄di/ catores ⁊ doctores. d ¶ Et diſſi pa. e. ſ. ꝯdicētes euāgelice v̄itati. e ¶ Fulgura. i. miraculoꝝ ſigna. e ¶ Et cōſum. e. Nā p euidētia miracula ipugnatoreſ euāgelij fue rūt ꝯfuſi. e ¶ Et appa. ef. i. mul titudīes credētiū. Eſa. lx. a. Mira bit ⁊ dilata. cor tuū qn̄ ꝯūſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gē tiū venerit tibi. f ¶ Et reue. ⁊c̄. i. regna q̄ttuor orbis pncipalia. ſ. ba byloniorꝝ/ pſaꝝ/ grecoꝝ/ romāoꝝ q̄ p lapidē abſciſum ſine manibus. i. xp̄m ſūt ꝯtrita: ⁊ impiū xp̄i manet in ſecula ſecloꝝ: vt habet Dan. ij. g ¶ Miſit de ex. ⁊c̄. Loquit hic xp̄s p ſuo corpe myſtico de aq̄s tribulationū p iudeos ⁊ ipe/ ratores romanoꝝ diuinit⁹ liberato. h ¶ Libe. me ⁊c̄. Hoc dr ppter iperiū romanū qd̄ fuit potētiſſimū ⁊ multiplr attēta uit deſtruere corp⁹ xp̄i myſticū. k ¶ Et ab his q̄ ode. me. i. a iudeis. l ¶ Qm̄ ro. me erant. ſ. in pmitiua eccl'ia: vt ptꝫ Act. viij. ⁊. ix. m ¶ Preuenit ⁊c̄. ſ. de⁹ dās ſuis fidelib⁹ vir tutē patiētie. n ¶ Et edu. me in la. fidē xp̄i diffundendo p orbē. o ¶ Retri. mi. do. ⁊c̄. Hic exp̄mit eccl'ie meritū ⁊ ſe/ quēs p̄miū q̄tū ad illos q̄ numero ⁊ merito ſunt de corpe xp̄i myſtico. ⁊ iſti ſūt q̄ cauēt ab īmūdicia pctōꝝ ⁊ ſtudēt adimple/ tionē mādatoꝝ diuioꝝ. ⁊ p h̄ ptꝫ ſnīa vſq; ibi: s ¶ Cū ſctō. i. xp̄o. s ¶ Sctūs e. ꝯformādo te ei q̄tū ad p̄cepta. t ¶ Et cū ro. i. xp̄o: cui⁹ virt⁹ eſt īfinita. v ¶ Perfect⁹. ꝯformādo te ei q̄tū ad euāgelica ꝯſilia. x ¶ Et cū ele. i. xp̄o. y ¶ Ele ct⁹ e. Trāſlat⁹ ad gl'iaꝫ electoꝝ. z ¶ Et cū puer. i. diabolo q̄ totalr auerſus ē a deo. z ¶ Peruerteris. ſpōn ſeq̄ndo. c ¶ Tu lu. m. do. Nā i vita ꝯtēplatiua de⁹ ē lucerna eccl'ie.

q v * Currā accinct⁹

a ¶ Ceruis. Cerui ſpũales viri ꝓpter alacritatẽ: vepres.i. implicamẽta ſeculi traſilientes.

## Nico.de lyra

a ¶ Et tu dñe illu.tene.meas. Põt etiã dici ꝙ tenebre hic vocanẽ opa meritoria ꝑ peccatũ mortale ſupueniẽs extincta. q̃ viuificanẽ ⁊ illuminanẽ recuperata gr̃a. b ¶ In te eni. Hic ponitur liberatio dauid ꝑ modũ inſecutionis ⁊ deſtructionis aduerſariorũ ſuoꝝ/cũ dr: In te.i.in tua ꝟtute. c ¶ Currã accinctꝰ.i.ad preliũ expeditus. d ¶ In deo meo trã.murũ. Capiẽdo aduerſarios intra ſuũ fortalitiũ. e ¶ Deꝰ im.via eiuſ. Via iſta eſt lex diuina in q̃ nõ eſt aliqua ĩmũdicia ꝯceſſa tanq̃ licita: lʒ aliqua mala fuerint permiſſa ꝓpter maiora mala euitãda: ſicut libellꝰ repudij ꝑmiſſus fuit in le.ve. ⁊ vſura cũ extraneis: ne vxores occiderẽt ⁊ ne frẽs ſuos vſuris grauarent: ꝓut dictũ fuit plenius Deu.xxij. ⁊.xxiij. f ¶ Eloquiũ dñi igne examinatũ.i.puruʒ et mũdũ: ſicut metallũ in fornace ꝓbatũ. g ¶ Scutũ eſt oim ⁊c̃.ſ. ipſe deus. h ¶ Quis deus ⁊c̃. q.d. nullus: q: alij ſũt dij participatiue: ſcʒ hoĩes ſcti: ꝭm illud Pſ.lxxxi.b. Ego dixi: dij eſtis. vel dij falſi: ſicut idola gentiũ. i ¶ Deus q̇ ac.me fortitudine. Corꝑali ꝯtra hoſtes viſibiles ⁊ ſpũali ꝯtra inuiſibiles. k ¶ Et cõpla.ꝑfectã viã meã. Auferendo offendicula corꝑalia et ſpũalia. l ¶ Coequans pedes me.⁊c̃. Dãdo mihi agilitatẽ ad inſequendũ hoſtes meos fugiẽtes: ⁊ eſt locutio hypꝑbolica: q: nõ habuit tantã velocitatẽ currendi ſicut ceruus. ſicut dicitur: talis mulier eſt albior niue. ad deſignãdũ excellentiã ſue albedinis / q̃uis nõ ſit ita alba ſicut nix. m ¶ Et ſuꝑ excel.mea ſtatuẽs me.i. ſtabiliens in regia dignitate. n ¶ Docẽs manus meas ad p̃. Quia artẽ p̃liãdi me docuit. o ¶ Et cõpones q̃ſi arcũ ereũ ⁊c̃.i.fortitudinem ad hoc cõuenientẽ mihi dedit. In hebreo habetur. Et ꝯcuſſus arcꝰ ereus brachio meo: q: arcũ ereũ faciliter tendebat: vt di. Ra.Sa. p ¶ Dediſti mihi clypeũ ⁊c̃.q.d.fortitudo mea parũ eſſet niſi adeſſet ꝓtectio tua. q ¶ Et mã.mea ⁊c̃. Eſt enĩ diſpoſitio ad hoc ꝙ hõ multiplicetur in bonis tꝑalibꝰ et ſpũalibꝰ: ꝭm illud Mat.v.a. Btĩ mites qm̃ ipĩ poſſidebũt terrã. In heb.habetur: Et manſuetudo tua multiplicauit me: ⁊ eſt ſenſus: ex benignitate tua ꝓuenit mihi multiplicatio in bonis tꝑalibus ⁊ ſpũalibꝰ ⁊ ꝓle ⁊ nõ ex merito meo. r ¶ Dilataſti ⁊c̃. In hebreo habetur: Paſſus meos: qñ enim pedes ſunt cõiuncti adinuicẽ: tũc homo eſt diſpoſitus ad cadendũ: ſed qñ ſunt ꝯueniẽter elongati/tũc ſtat firmius. Per hãc igitur ſimilitudinẽ intelligitur ꝙ firmitas in ſtatu regio inerat ipſi dauid a deo. Cetera patẽt ex dictis vſq; ibi: s ¶ Inimicos meos de.mihi dorſum.i.vertentes dorſum corã me fugiendo. t ¶ Clamabũt. Ad idola. v ¶ Et nõ erit q̇ ſal. Quia in eis nulla virtꝰ eſt ſaluãdi. Vel aliter. Clamabũt.inuocando auxiliũ hũanũ. ⁊ nõ erat q̇ audeat iuuare. x ¶ Ad dñm. Cõuertẽt ſe humano auxilio deficiẽte. y ¶ Et nõ exau.eos. Quia talis clamor ꝓcedit ex ſeruili timore. z ¶ Saluabis me.i.ſaluaſti. a ¶ A cõtradictionibꝰ ppl'i mei.i. in rebellione ppl'i mei ꝯtra me excitata ꝑ ſeba filiũ bochri: vt dictũ eſt.ſ.xx.ca. b ¶ Cuſtodies me in ca. gẽ.i. in ſtatu regni. c ¶ Ppl's quẽ ignoro ⁊c̃. Quia philiſtei: ammonite ⁊ moabite ⁊ idumei ſeruiebãt ei ſub tributo: vt patʒ ex p̃dictis ca. viij. ⁊.xij. qui tamẽ erãt gentiles ⁊ idolatre: ⁊ ſic erant ignoti ipĩ dauid noticia approbationis. d ¶ Filij alieni re.mihi.i.illi qui deberẽt eſſe filij mei. per maliciã ſuã alienati reſtiterũt mihi: vt patuit.ſ. in rebellione abſalon et alioꝝ exiſtentiũ cũ eo: qui tñ debebãt obedire dauid ſicut patri. e ¶ Auditu au.obe.mihi.i. ſimulatorie ⁊ non vere: q: abſalon ⁊ ſui ſeq̃ces q̇ ſimulabãt ſe dauid obedientes: de facto fuerũt rebelles. f ¶ Filij alieni de. Quia debellati fuerunt: ⁊ mortuo abſalon fugerũt: vt dictũ eſt.ſ. xviij. g ¶ Et cõtra.in angu.ſuis. In hebreo habetur: In clauſuris ſuis: q: ſeba cũ fautoribꝰ ſuis pre timore recluſit ſe in abela: vbi fuit decapitatꝰ: vt dictũ eſt.ſ.xx. h ¶ Viuit dñs. Hic ponitur huiꝰ cantici intẽta concluſio: videlicet diuini noĩs magnificatio ꝓ p̃dictis bñficijs. et hoc eſt quod dicitur: Viuit dñs. q: eſt ipa vita ꝑ eſſentiã. ⁊ oĩa viuũt in eo. ꝭm qd̃ dr Joh.j.a. Qd̃ factuʒ eſt (.ſ. oĩs creatura) in ipõ vita erat: q: creatura anteq̃ creetur nõ eſt niſi ipſa creatrix eſſentia: que eſt idẽ ꝙ intelligere diuinũ ſiue intelligentia diuina. ⁊ q: intelligere eſt ſuprmꝰ gradꝰ vite: vt habetur.ij.de aĩa. ⁊ deꝰ ſolus vnico actu intelligẽdi ꝑfecte ſe cõꝑhendit ⁊ oĩa: q̇ quidẽ actus eſt ſempiternus. ideo dicit ph̃s.xij. Metaphyſice. Qʒ deꝰ viuit vita nobiliſſima ſempiterna ⁊ optĩa. i ¶ Et bñdictꝰ ex bñficijs. Mihi collatis.

Et exaltabitur

c ¶ Curram accinctus. In actiue vite operibus. d ¶ In deo meo tranſiliã murũ.i.tentatiõis impedimẽtum. f ¶ Eloquiũ dñi igne examinatũ. Quia nõ habet aliq̇d ĩpuritatis vel falſitatis admixtũ. g ¶ Scutũ eſt oim ſperantiũ in ſe. Cõtra inuaſiões poteſtatis maligne. k ¶ Et cõplanauit ꝑfe.viã meã. Oia offẽdicula auferẽdo. l ¶ Coequans pe.meos ceruis. Dans mihi ꝓmptitudinem volũtatiſ ad currẽdũ poſt ipm̃ in bonis. m ¶ Et ſuꝑ excel.ſua ſtatuens me.i.me firmãdo in conſilioꝝ obſeruatione. n ¶ Docẽs manꝰ meas.i.opatiões meas. o ¶ Ad preliũ. Cõtra incentiua viciorum. q ¶ Et manſuetudo mea multiplicauit me.ſ.meritorie ⁊ diſpoſitiue. Nam manſuetudo eſt quedã tractabilitas mentis ad oĩe bonum. r ¶ Dilataſti greſſus meos ſubtus me. Ad ambulandũ ſine caſu in via morũ. † ¶ Perſequar inimicos meos ⁊ cõterã.i. vicia et diabolos. † ¶ Incuruaſti reſiſtẽtes mihi.i.motus ſenſualitatis inclinãdo ſub obediẽtia rationis. Poteſt ⁊ hoc aliter exponi de impugnatoribus eccl'ie qui facti ſunt ei obedientes vt ſaulus ⁊ ꝯſimiles. s ¶ Inimicos meos dediſti mihi dorſum.i.obſtinatos in iudaiſmo qui fugati ſunt ⁊ diſperſi per mũdũ. † ¶ Quaſi lutũ plateaꝝ cõminu.eos. Quia cõtẽptibiles ſunt oĩbus alijs gentibus. z ¶ Saluabis me a contradictionibus ppl'i mei. Quia contra eccleſiã non audẽt modo loqui. c ¶ Populus quem ignoro ſeruiet mihi. Quia gentiles qui a deo videbanẽ ignorati: eo ꝙ erant in idolatria derelicti deuote ſeruiunt in eccleſia chriſti. e ¶ Filij alieni reſiſtent mihi.i.iudei a veritate alieni q̃ſtum potuerunt reſtiterunt eccleſie chriſti. e ¶ Auditu auris obedient mihi. Et non auditu cordis quod dicitur ꝓpter illos qui ficte conuertunẽ de iudaiſmo. ꝓpter quod ſubditur: f ¶ Filij alieni defluxerunt. A via veritatis. g ¶ Et contrahenẽ in anguſtijs ſuis. In gehenne penis. h ¶ Viuit dominꝰ ⁊ benedictus deus. Hec ſunt verba cuiuſlibet membri chriſti vniti per gratiam.

Deus for

---

a ¶ peccatoꝝ qui eſt inter deũ ⁊ hoĩes.

a ¶ chriſtus infideles electus vicia.

a ¶ vñ: donec ponã inimicos tuos ſca.pe.tuorũ.

a ¶ iudeorum.

a ¶ iudei ex patre diabolo nati.

---

† Ps.17.d ⁊ tu dñe illuminabiſ tenebras meas. a b
In te eni currã accinctus: in deo meo c d
tranſiliã mũrũ. Deus imaculata via e
eius: eloquiũ dñi igne examinatũ: ſcu f g
tũ eſt oim ſperantiũ in ſe. Quis eſt de h
us preter dñm/ et quis deꝰ fortis p̃ter
deũ noſtrũ? Deus qui accinxit me for i
titudine: ⁊ cõplanauit perfectã viã me k
am: coequãs pedes meos ceruis: ⁊ ſu l m
ꝑ excelſa mea ſtatuẽs me. † Docẽs ma n
† Ps.17.e. et.143.a nus meas ad preliũ: et cõponẽs quaſi o
arcũ ereũ brachia mea. Dediſti mihi p
clypeũ ſalutis tue: et mãſuetudo mea q
multiplicauit me. Dilataſti greſſus r
meos ſubtuſ me: ⁊ nõ deficiẽt tali mei.
† Perſequar inimicos meos ⁊ ꝯterã: ⁊ †
nõ reuertar donec cõſumã eos. Cõſu
† Ps.17.f. mã eos ⁊ cõfringã vt nõ cõſurgant: ca
dẽt ſub pedibꝰ meis. Accinxiſti me for †
titudine ad p̃liũ: incuruaſti reſiſtentes
mihi ſubtus me. Inimicos meoſ dedi s
ſti mihi dorſum/ odiẽtes me / ⁊ diſꝑdã
eos. Clamabũt ⁊ non erit q̇ ſaluet: ad t v
dñm et nõ exaudiet eos. Delebo eos x y
vt puluerẽ terre: q̃ſi lutũ plateaꝝ cõmi †
nuã eos atq; ꝯfringã. Saluabis me a z a
ꝯtradictionibꝰ ppl'i mei: cuſtodies me b
in caput gentiũ. Ppl's quẽ ignoro ſer c
uiet mihi: filij alieni reſiſtẽt mihi: audi d e
tu auris obediẽt mihi. Filij alieni de f
fluxerũt: ⁊ ꝯtrahenẽ in anguſtijs ſuis. g h
Viuit dominus et benedictus deus

a ¶ Et exaltabitur.nõ in ſe cũ ſit magnitudinis infinite:ſ3 in creaturis ipm laudãtib⁹. b ¶ De⁹ q̃ das vin.mi.⁊c̃. vt p3 ex p̄cedẽtib⁹: ꝓpter qð ↄcludit: c ¶ Propterea ↄfi.ti.do. in pſalmis laudis tue. d ¶ In gentib⁹:q₂ pſalmi facti a dd̃ deriuati ſunt ad gẽtes ↄuerſas ad fidẽ xp̄i in diuerſis ptibus orbis. e ¶ Magnificãs ſa.re.ſui. .i.mei q̃ ſũ cõſtitut⁹ rex ab eo. f ¶ Et faciẽs mi.xp̄o ſuo da.q̃ de manda to dei vnct⁹ fuit a Samuele:vt hr̃.s̃.j. li.xvj.ca. g ¶ Et ſemini ei⁹ vſq3 in ſem.q₂ filij dd̃ regnauerũt vſq3 ad ca ptionẽ babylonicã:⁊ p⁹ reuerſionẽ de babylõe Zorobabel q̃ deſcẽdit de dd̃ habuit ducatũ ſup pplm:⁊ alij ↄñr de tribu dauid vſq3 ad herodẽ alienige nã ſub quo natus eſt xp̄s de ſemĩe dd̃ ſm carnẽ:cui⁹ regnũ ⁊ imperiũ manet in ſc̃la ſc̃loꝝ amẽ:Et iſta fuerũt diffuſi us tractata Geñ.xlix.⁊ Mat.ij.⁊ in q̃ dã q̃ſtione de q̃libet quã de hac mate ria diffuſius diſputaui.

Moraliter ✳ a ¶ De⁹ for.ſa.mee.ad me ꝓte gẽdũ ab ipulſu oĩs ptãtis aduerſarie. b ¶ De⁹ q̃ das vin.mi.ↄtra mũdũ/carnẽ/diabolũ. † ¶ Deieciſti pplos ſub me.i.motus meos iteriores ⁊ ex teriores ſbijciẽs rõni recte. † ¶ Qui educis me ab ini.meis.ſ.mũdo/dia bolo/carne. † ¶ A viro iniq̊ li.me. .ſ.ab antixp̄o q̃ erit iiq̃ſſim⁹. c ¶ Pro pterea cõfi.tibi dñe ⁊c̃.grãs agen do magnifice de beneficijs ſupradictis.

meus:⁊ exaltabitur de⁹ fortis ſalu a tis mee. De⁹ q̃ das vindictas mi b
a ¶ in iudicio cũ reddã malis iuxta merita.
hi:⁊ deieciſti pplos ſub me. Qui †
educis me ab inimicis meis:⁊ a re
a ¶ diabolo.
ſiſtẽtib⁹ mihi eleuas me † a virõ ini †
a ¶ eccleſiã meã.
quo liberabis mẽ. Propterea cõ c
fitebor tibi dñe in gentibus:⁊ no d
mini tuo cãtabo.† Magnificãs e
ſalutes regis ei⁹:⁊ faciẽs miſericor f
¶ ſaluatori. a ¶ electis.
diã xp̄o ſuo dauid et ſemini eius g
vſq3 in ſempiternũ. ¶ Ca.XXIII

a ¶ q₂ hanc laudẽ dauid in articulo mortis domino de uote cantauit.

a Hec autẽ ſunt verba b
nouiſſima q̃ dixit da
uid filius iſai: Dixit vir cui cõſti i k
b tutũ eſt de chriſto dei iacob: egre l m
a ¶ al's pſalmiſta. ¶ ſanctus.
gius pſaltẽs iſrael † Spũs dñi lo n
¶ filius.
cut⁹ eſt p me:⁊ ſmo eius p linguã o
meã. Dixit: De⁹ iſrl' mihi locut⁹ p q
eſt fortis iſrl'. Dominator hoim: r s
c iuſtus dominator in timore dei. t

## ¶ Glo.ordi.

Hec aũt ſunt ¶ Ca.XXIII verba nouiſſima ⁊c̃. Ra ba. Quia vltimã cõfeſſionis laudẽ ſignificãt:quã ſupato hoſte ⁊ p acta victoria mortis ſc̃ti cãtabũt in eter nũ. b ¶ Egregi⁹ pſal.q₂ luculẽtiſſi me de xp̄o dei:⁊ de incarnatiõe ei⁹ ac redẽptione hũani generis ꝓphetauit. c ¶ In timo.dei.q̃ in timore di dña tionẽ in ſubditis exercet:luc' opa p ſolẽ iuſticie illumĩata ꝓfert:nec ĩ eis aliq̃d obſcuꝝ remanet:ſ3 im bre celeſtis grẽ irrigat⁹ germĩa ꝟtutũ ĩ carne viuẽs fructificat.

## ¶ Ni.de ly.

☞ Nec eſt q̃cq3
¶ Ca. XXIII

Hec aũt ſunt. Poſita gratiarũactione de p̄teritis. Diuiſio hic ↄñr deſcribitur ꝓphetia dauid de futuris.⁊ primo ponit hmõi vaticiniũ.ſc̃do cathalog⁹ fortiũ/ibi: Hec ſt̃ noĩa. Circa p̄mũ p̄mittitur ꝓphetia dd̃ de p̄miatione bonoꝝ.ſc̃do de punitiõe maloꝝ/ibi: Preuaricatores autẽ. Circa p̄mũ primo oñdit excellentia ꝓphetie dauid ꝟbo.ſc̃do exẽplo/ibi: Sicut lux aurore. Circa p̄mũ ſciendũ q̃ excellẽtia ꝓphetie maxie ac cipitur ex duob⁹.ſ.ex materia reuelata ⁊ ex mõ reuelatiõis. pri mo g̊ oſtendit excellẽtia ꝓphetie dauid ex p̄mo. ſc̃do ex ſc̃do/ibi: Spũs dñi. Circa p̄mũ ſciendũ q̃ q̃to aliq̃d futurũ eſt ex cellẽtius:tãto reuelatio facta de illo ſiue ꝓphetie eſt excellen tior:q₂ cognitio nobilitatẽ ſortit ex obiecto:vt hr̃.j.de anima. Tpe aũt ve.te.illud qð fuit futurũ excellẽtiſſimũ fuit incarna tionis myſteriũ:qð fuit reuelatũ ipſi dd̃ nõ ſolũ q̃tũ ad futu ritionis certitudinẽ:ſ3 etiã q̃tũ ad ei⁹ ꝓgeniẽ:videl3 q̃ Chri ſtus de ſemine ſuo eſſet naſcitur⁹:⁊ p eũ mũdus eẽt ſaluãd⁹: ſicut dauid a pſecutiõibus inimicorũ ſuoꝝ fuerat ꝟtute diuĩa ſaluat⁹.⁊ h̃ eſt qð d₂: h ¶ Hec aũt ſunt ver.no.⁊ iõ p₂e ceteris memoriter retinẽda:ſm q̃ dicit Greg⁹.homel.xix.Id circo dñs tunc diſcipulos increpauit cũ eos corpaliter reliq̃t: vt ꝟba q̃ recedẽs diceret artius in corda audiẽtiũ impreſſa re manerẽt. i ¶ Dixit vir.i.dauid. k ¶ Cui cõſti.eſt.i.fir miter ꝓmiſſum abſq3 retractatiõe. l ¶ De xp̄o dei ia.i.de xp̄o quẽ iacob ſpũſancto inſpiratus p̄dixit venturũ ad ſalutẽ hoim:ſm q̃ dicitur.Geñ.xlix.b. Nõ auferetur ſceptrũ de iuda:⁊ dux de femore ei⁹:donec veniat q̃ mittẽdus eſt:⁊ ipe erit ex pectatio gentiũ tanq3 ſaluator eaꝝ. Ubi notandũ eſt q̃ trãſla Nota tio chaldaica habet:donec veniat meſſias.i.xp̄s grece:et vn ctus latine.q̃ quidẽ ꝓphetia fuit impleta in dño nr̃o ieſu xp̄o vncto p̄ ceteris plenitudine grẽ:vt habetur Ioh.j.b. Uidimus eum quaſi

eum q̃ſi vnigenitũ a patre plenũ grẽ ⁊ veritatis:q₂ natus fu it de ꝟgine tpe herodis regis ſub quo fuit trãſlatũ ſceptrũ re gni ad alienigenã:vt dictũ eſt ca.p̄cedẽti:q₂ pater ei⁹ fuit idu meus:vt al's eſt diffuſius declaratũ. m ¶ Egregi⁹ pſal.iſ. q₂ cãtica q̃ cantabantur in tẽplo erãt de pſalmis dd̃. n ¶ Spi rit⁹ dñi. Hic oñditur excellẽtia ꝓphe tie dauid ex mõ reuelatõis ſibi facte. Circa q̃ ſciendũ q̃ l3 reuelatio ꝓphe tica fiat multis modis vt plenius de claraui ſup Danielẽ ⁊ ſup librũ Pſal moꝝ:tñ duo modi ſũt magis genera les q̊s accipio q̃tũ ad p̄ſens.vn⁹ eſt qñ mẽti ꝓphe fit reuelatio alicui⁹ futu ri ſupnaturaliter cogniti:⁊ cũ hoc in ꝟtute imaginatiua ꝓphete ꝟtute di uina formatur aliq̃ viſio imaginaria in q̃ tanq3 in ſpeculo inſpicit ꝟitas ĩtel lectualis:ſicut in cognitiõe naturali cognitio q̃dditatiua inſpicit ĩ fantaſ matib⁹ in ꝟtute imaginatiua forma tis:ſm q̃ dicit ph̃s.iij.d̃ aĩa. Intelli gentib⁹ nobis neceſſe eſt fantaſmata ſpeculari.⁊ h̃ mõ Hieremias ꝓpħa vidit deſtructionẽ ciuitatis hierl'm fu turã p intellectũ in viſiõe imaginaria olle ſuccẽſe ⁊ virge vigilantis:vt hr̃ Hiere.j. Alio mõ fit reuelatio ꝟitatis ſupnaturalis abſq3 tali viſiõe imagi naria.et iſte mod⁹ ꝓphetie altior eſt p̄mo:ſicut melioris intellect⁹ iudicatur ille in cognitiõe naturali q̃ ꝟitatẽ in telligibilẽ ſibi propoſitã ſtatim capit abſq3 exẽplo ad h̃ manuductiuo:q3 il le q̃ nõ põt ea3 cape niſi ſibi ꝓponatur exẽplũ ſenſibile manuductiuũ.et ſilr ille q̃ ↄcluſiões geometricas ĩtellige ret abſq3 deſcriptiõe alicui⁹ figure:q3 ille q̃ nõ poſſ3 h̃ cape abſq3 tali deſcri ptiõe. Iſto aũt ſc̃do mõ fuit cognitio ꝓphetica ipi⁹ dd̃.vt hr̃ in ꝓlogo ſup Pſalmi.et h̃ eſt qð d₂: Spũs dñi lo.eſt p me.i.ſpũali viſiõe inſtruxit me abſq3 viſiõe imaginaria. o ¶ Et ſer.ei⁹ p lin.meã.q₂ nõ ſolũ illumi nauit intellectũ meũ ad intelligẽdũ:ſ3 etiã linguã meã ſpeãli mõ direxit ad loq̃ndũ:q₂ ꝓphetias ſuas locut⁹ eſt p modũ lau dis diuine mag' q̃ alij ꝓphete. q ¶ Dixit.ſ.dd̃. r ¶ De⁹ iſrl' mi.lo.eſt.l3 enĩ ſit de⁹ oĩm generalr̃:tñ d₂ de⁹ iſrl' p ve rã fidẽ ⁊ cultũ latrie ſpecialr̃. s ¶ Fortis iſ.i.ad ꝓtectionẽ iſrl':ſic patuit in eductiõe iſrl' de egypto in ſignis mirabilib⁹. s ¶ Dñator ho.iu.reddẽs vnicuiq3 ꝓpa merita. t ¶ Dña tor i ti.q₂ a ſb ditis ſuis vult timeri timore filiali:ñ timore ſuili ✳ Sicut lux.

Propheti ca reuelatio

† Ps.17.d Ro.15.b

al's † magni ficantes Phus

† 36.diſ.c.q̃ eccl'iaſticis .§.ecce

D

Moraliter Morałr. h ¶ Hec ſunt ver.no.q̃ di.da.⁊c̃. Per dd̃ q̃ in gloſa ſup pſalmũ d₂ eximi⁹ ꝓphetarũ:ſignificatur hõ pfect⁹ in vita ↄtẽplatiua.nã antiq̃tus ꝓphete appellabantur vidẽtes .j.Reg.ix.b. Qui hodie d₂ ꝓpheta olim appellabatur vidẽs. Uita ꝟo ↄtẽplatiua cõſiſtit in orõne deuota:⁊ in meditatio ne ſanctarũ ſcripturarũ diuinit⁹ eleuata. Et talis cõtemplati uus bene dicitur fili⁹ iſai.i.dei. Nã iſai interp̄tatur ſalus mea.et de deo dicitur Ps.xxvj.a. Dñs illumĩatio mea ⁊ ſal⁹ mea ⁊c̃. Talis aũt cõtemplatiu⁹ mõ ſpeciali aſſimilatur deo:ꝓpter qð d₂ ei⁹ fili⁹. Et qm̃ recognoſcit ſicut grat⁹ dei bñficia:d3 regra tiando dicere ⁊ maxie circa finẽ vite ſue. i ¶ Dixit vir.i.di cat loquẽs de ſeipõ ſicut de alio.nã hic eſt mod⁹ loq̃ndi ſc̃toꝝ de ſeipis.vñ Moyſes Nu.xij.a.dixit.Erat aũt moyſes mã ſue.⁊c̃.Et iohẽs euãgeliſta: Hic eſt diſcipul⁹ ille q̃ teſtimoniũ phibet ⁊c̃. k ¶ Cui ↄſti.ẽ de xp̄o.i.ꝓmiſſũ eſt ei q̃ ſit eter naliter cũ ipõ. Ioh.xij.d. Ubi ego ſum illic et mini.me⁹ erit. m ¶ Egregi⁹ pſal.iſ. Quia talis ↄtẽplatiu⁹ ĩ diuinis laudi bus cõponẽdis ⁊ dicẽdis eſt p̄cipu⁹:⁊ q₂ talia nõ attribuit ſi bi ſ3 grẽ dei.ſubditur: n ¶ Spũs dñi lo.eſt ⁊c̃.p lin.meã. in diuinis laudib⁹ ⁊ doctrinis. p ¶ Dixit.i.dicat regratiã do. q ¶ Deus iſrl'.i.angeloꝝ deũ clare vidẽtiũ. q ¶ Mi hi lo.eſt. Nã p angelos fiunt cõiter illuſtrationes hominũ. r ¶ Fortis iſ. Nã angeli ſc̃ti hñt ab ipſo ꝟtutẽ. s ¶ Dña tor ho. Quos regis p angelos tanq3 p medios inter hoĩes ⁊ deũ. t ¶ In timore dei.ſ.filiali q̃ ſemp ↄiũgitur charitati. ✳ Sicut lux

Ps.1.a. a ¶Nec eſt quicq̄ ex eo ⁊c. Raba. Qui in lege dn̄i meditat die ac nocte fit tanq̄ lignū qđ plātatū iuxta aquas dat fructū ſuū in tēpore ſuo: ⁊ oīa q̄cūq̄ faciet ꝓſperabunt. b ¶Et ſi q̄s tangere voluerit eas ar. ferro ⁊ lig. ⁊c. Qui ſcʒ cōmunicās pctīs alienis ꝓpt̄ cordis ſui duriciā iniq̄tatū pōdere ꝓmittit: ⁊ iaculis pctōꝝ ꝯfodit: eiuſq̄ opa eternis ignibus digna: ad nihilū redigent. c ¶Hec ſunt noīa. Iſid. Texit cathalog⁹ viroꝝ fortiū in figura ſctōꝝ: q̄ q̄uis virtutū ſublimitate ꝓficiāt: tn̄ vſq̄ ad excellentiā diuine trinitatis nō attingūt. Hoc eſt enī quod ſcriptū eſt / vſq̄ ad tres ꝓmos nō puenit.

Ps.88.b Quis enī in nubib⁹ equabit dn̄o: aut ſimilis erit dn̄o in filijs dei?

d ¶Fortiū dauid. De his fortibus ait Joſephus.

Joſephus Primus oīm erat euſebius fili⁹ achimee: qui aciē hoſtiū frequēter irrūpens nō ceſſauit donec nōgētos occideret. Poſt hunc erat eleaçar fili⁹ dodi: qui cū rege fuerat in ſarpha. Hic iſraelitis formidantib⁹ philiſtinorū exercitum ⁊ fugientibus ſolus reſtitit: ⁊ multos occidit vt ſanguīe occiſoꝝ gladius eius hereret in dextera. Iſraelite ꝟo vidētes paleſtinos in fugā cōuerſos: deſcēdentes de mōtibus ꝑſecuti ſunt eos: ⁊ puenit iſraelitis famoſa victoria. Tertius fuit ſemeias filius heli: q̄ in loco maxille cū hebrei fugerēt exercitus paleſtinoꝝ ſolus portauit alios ꝓſternēs / alios in fugā cōuertēs. e ¶Ipe eſt. Rab. Virga de radice ieſſe abſq̄ nuptiali ope florē ꝓtulit: qui de vno hoīe typū gentiū ꝓferēte: vno īpetu. i. ſermonis īperio: legionē expulit demonū. f ¶Tenerrim⁹ ligni ver. Ra. Virtus viri bellica ⁊ modeſta ſignificat: q2 ſicꝫ ꝟmiculus ligni tener q̄dē ⁊ fragilis ⁊ modicus apparet: fortiſſimū tn̄ lignum terebrat ⁊ conſumit ( vnde a terendo teredinis nomen accepit) ſic ille domi omībus affabilis quietus ⁊ humilis: in certamine publico robuſtū ſe et intolerabilem hoſtibus exhibebat. Hūc tn̄ ꝓncipē fortiū hebre⁹ ſuſpicat̄ eſſe dauid de quo dr̄: ſedēs in cathedra ſapiētiſſim⁹ ⁊c. cui⁹ ſapīa oñdit̄ ī ſapiētiſſimo: hūilitas ī ꝟmiculi exēplo: in īterfectiōe octingētoꝝ fortitudo.

a ¶eccl'ie. b ¶reſurgēte xp̄o a mortuis.
Sicut lux aurore oriēte ſole ma a
a ¶infidelitatis. b ¶miraculis.
ne abſq̄ nubibus rutilat: ⁊ ſicut b c
a ¶p̄dicatione. b ¶vir infidelis de eccl'ia.
pluuijs germiat herba de terra.
a Nec tāta eſt dom⁹ mea apđ deū: d
vt pactū ſempiternū intret mecū e
firmū in oīb⁹ atq̄ munitū. Cun f
a ¶in el⁹ poteſtate cōſiſtit.
cta enī ſalus mea / ⁊ oīs volūtas: g
nec eſt quicq̄ ex eo qđ nō germi h
a ¶oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū eradicabit̄ ⁊ in ignē mittet̄.
net. Preuaricatores aūt q̄ſi ſpi i
a ¶ſpecialiter iudei ⁊ heretici de terra viuētiū euulſi: eterno incēdio tradunt̄.
ne euellent̄ vniuerſi: q̄ nō tollun k
b tur manib⁹: Et ſi q̄s tāgere volue l
rit eas armabit̄ ferro ⁊ ligno lan
ceato: igneq̄ ſuccēſe cōburēt̄ vſ m n
c d q̄ ad nihilū. Hec ſūt noīa fortiū o
dauid. Dauid ſedēs ī cathedra p
a ¶ieſbaan fili⁹ abamoni: ſicut Para. legit̄.
ſapiētiſſimus ꝓnceps inter tres: q
a ¶q̄ ait ego ſum vermis ⁊ nō homo ⁊c.
e f Ipe eſt q̄ſi tenerrim⁹ ligni vermi r

berate qđ nō ordinet̄ in deū: ſm ꝙ dicit apl's. j. ad Cor. x. g. Oīa in gl'iam dei facite et in ſtatu tali erat dauid in fine vite ſue q̄n dixit iſta ꝟba. i ¶Preuaricatores aūt ⁊c. Hic ponit̄ ꝓpheta dauid de punitiōe maloꝝ. ⁊ ꝓmo q̄tū ad penā tēporalē / cū dr̄: Preuaricatores aūt ⁊c. ⁊ hoc ipletū fuit q̄n iudei p Titū ⁊ Veſpaſianū ꝓpter ꝓuaricatiōeꝫ in xp̄m fuerūt de terra iſrl' euulſi. k ¶Que nō tol. ma. Quia correctionē xp̄i ⁊ aploꝝ māſuetā nō receperūt: ſed ꝯtra eos inſurrexerūt: ⁊ iō omiſſa eſt correctio dura romanoꝝ q̄ notat̄ / cū dicit̄: l ¶Et ſi q̄s tāgere ⁊c. Quia romani venerūt ſup iudeos cū exercitu mag̃ ⁊ bn̄ armato. m ¶Igneq̄ ſuccēſe. Quia romani cōbuſſerūt ciuitatē ⁊ tēplū ⁊ magnā ptē ppl'i ibidē exiſtētē. ſcđo tāgit̄ pena eterna / cū ſubdit̄: n ¶Cōburent̄ vſq̄ ad ni. Quia mortui in infidelitate deſcēderunt ad ignē gehēne. Pōt etiā h intelligi de punitione maloꝝ in generali in iudicio extremo. o ¶Hec noīa. Hic ponit̄ cathalogus fortiū dauid. ⁊ primo exꝓmunt̄ noīa aliq̄ꝝ valde notabiliū. ſecūdo alioꝝ magis cōmuniū / ibi: Aſabel. Circa ꝓmū ſciēdū ꝙ alit̄ exꝓmūt̄ hic ⁊. j. Paral'. xj. ⁊ aliq̄ ibi exꝓmunt̄ q̄ hic tacēt̄ ⁊ ecōuerſo: ⁊ aliq̄ hic tacent̄ q̄ ſupi⁹ ſunt ſufficiēter expſſa. ⁊ oīa iſta ſūt ꝯſiderāda ad ītelligēdū iſtū cathalogū. Sciēdū igitur ꝙ in vniuerſali fuerūt. xxxix. cōputat̄ dauid rege ⁊ ioab ꝓncipe militie: et ꝓter iſtos duos fuerūt. xxxvij. vt ꝯcludit̄ in fine hui⁹ ca. q̄ꝝ ſeptē fuerūt valde notabiles: q̄ꝝ tres ꝓmi dicunt̄ robuſtiſſimi: q2 q̄libet eoꝝ debellauit q̄ſi vnū exercitū. ⁊ ꝓmus de illis trib⁹ fuit Jeſbaan. de q̄ hr̄ .j. Paral'. xj. ſecūd⁹ fuit eleaçar fili⁹ aboy. terti⁹ fuit Sēma fili⁹ agge: de q̄b⁹ hr̄ in hoc ca. Poſt iſtos fuerūt tres alij valde fortes: q̄ꝝ q̄libet īterfecit vnū gigātē. primus iſtorū fuit abiſai frater ioab q̄ interfecit ieſbidenob. ſecūdus Sobochai: q̄ interfecit çaph. terti⁹ Joathan fili⁹ ſemmaa fratris dauid q̄ īterfecit illū gigātē q̄ habebat ſenos digitos in manib⁹ ⁊ pedib⁹: ⁊ de iſtis trib⁹ dictū eſt. s̄. ca. xxi. Poſt iſtoſ tres fuit Banaias fili⁹ ioiade: de q̄ agitur in h ca. q̄ fuit valde fort'. ⁊ iō ſingularit̄ noīat̄ poſt ſex p̄cedētes: ⁊ an̄. xxx. ſeq̄ntes. His viſis deſcēdamus ad l'ram. p ¶Dauid ſe. ⁊c. Plus enī cōmendat̄ de ſapiētia q̄ de fortitudine. q2 Prou̅. viij. b. dicit̄: Melior eſt ſapiētia q̄ vires. q ¶Princeps in. tres. i. excellētior in fortitudine q̄ tres ꝓmi q̄ vocati ſūt robuſtiſſimi. r ¶Ipe eſt q̄. te. ⁊c. Quia licꝫ iſte ꝟmicul⁹ in ſe ſit molliſſim⁹: tn̄ pforat lignū durū. ſic dđ in ſe māſuetiſſim⁹ ⁊ mitiſſim⁹: ꝯ hoſtes rebellātes fuit fortiſſim⁹.

℞ Semma

# ¶Nico. de lyra

✻ a ¶Sicut lux. Hic inducit exēpla ad p̄dicta. ⁊ primo ad vltimū dictū. ſ. de ꝓphetia ⁊ viſione ſpūali abſq̄ imaginaria. Ad cui⁹ intellectū ſciēdū ꝙ ſol dupliciter videt̄. vno mō tect⁹ aliq̄ nubecula. Alio modo in ſua claritate ſine tali nube: ⁊ certū eſt ꝙ ille eſt acutioris viſus q̄ pōt eū videre ſine tali nube: q̄ ille qui nō pōt videre abſq̄ nube exceſſū claritatis ſolis ſuo viſui cōtēperāte: ⁊ iō iſtud ꝓ exēplo inducit̄ ad oſtēdēdū excellentiā ꝓphetie dauid q̄ fuit ſine imaginib⁹: vt p̄dictū eſt: que ſūt quaſi q̄dā nubes ꝯtēpantes veritatē intelligibilē debilitati intellect⁹ hūani: vt ptꝫ ex p̄dictis. ⁊ h eſt qđ dr̄: b ¶Abſq̄ nu. rutilat. i. abſq̄ imaginib⁹ viſiōe ītellectuali me illuſtrat. Scđo inducit exēplū ad aliud dictū. ſ. de reuelatiōe facta ipſi dauid de xp̄o naſcituro de ſemine ſuo: qđ factū eſt ex diuina liberalitate / ⁊ nō merito hūano. ⁊ hoc eſt qđ dr̄ in exemplo: c ¶Et ſicut pluuijs ⁊c. Terra enī q̄ de ſe ē arida nō habet aptitudinē ad ꝓferēdū herbā: ſed eā ꝓfert ex humore pluuie deſup deſcēdētis. Sic chriſt⁹ nat⁹ eſt de beata virgine pfuſa plenitudine gr̄e. ſm illud Iſa. xlv. b. Rorate celi deſup ⁊ nubes pluāt iuſtū: aperiat̄ terra ⁊ germīet ſaluatorē. vn̄ ſubdit̄: d ¶Nec tā. eſt ⁊c. i. tāti meriti. e ¶Vt pa. ſem. ⁊c. De chriſto naſcituro de domo mea cui⁹ regnū ſtabit in eternū: ſm ꝙ dr̄ Iſa. ix. b. Sup ſoliū dauid ⁊ ſup regnū ei⁹ ſedebit vt ꝯfirmet illud et corroboret in iudicio et iuſticia amodo et vſq̄ in ſempiternū. iō ſubdit̄: f ¶Cūcta ei ſa. mea. Supple depēdet ⁊ expectat̄ ab eo. g ¶Et oīs v. mea. i. oē deſideriū meū ſupple tēdit in ip̄m: ⁊ eſt mod⁹ loq̄ndi q̄ apud hebreos vocat̄ decurtat⁹. ſ. q̄n loquēs nō exꝓmit totū ꝯceptū ſuū: qđ maxime cōtingit q̄n loquit̄ ex exceſſu deuotiōis / ſicut erat in ꝓpoſito. h ¶Nec eſt q̄cq̄ ⁊c. Qđ fit q̄n ex volūtate nihil ꝓcedit deliberate

✻ Qui octin

